BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
67 D
20

250
Bibl. vecchia
1.67. D.20

L. 25 –

Soranz

SALLVSTII TIBERII
A CORNETO
De modo procedendi in cauſis,
quæ
coram Auditore Cameræ
aguntur.

Cum Indice locupletiſſimo.

Cum priuilegio Summi Pontificis, Senatus Veneti, ac aliorum Principum.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, M D LXXXIIII.
Apud Marcum Amadorum.

ILLVSTR.MO AC REVER.MO
D. D. HIERONYMO MATTHAEIO
CAMERÆ APOSTOLICÆ AVDITORI,

Salluſtius Tiberius. S. D.

QVINDECIM *annos, & eo amplius; Hieronyme Matthæi, vir Illuſtriſſime; verſatus, exercitatusq́; ſum in iјs omnibus cauſarum generibus, quæ ad id tribunal, cui tu nunc magna cum laude præſides, agitari, ac diſceptari ſolent: ita vt verè affirmare poſſe videar, totam illorum iudiciorum rationem mihi planè perſpectam, & exploratam eſſe. Quæ cum latiſſime pateat: multiq́; quotidie in ſuis, alie-*

alieniſq; magni momenti negotijs eius ignoratione labantur: viſum eſt mihi, vt quaſi artem quandam illorum conficerem, qua qui duce vterentur, quid iuſtum, quid iniuſtum eſſet, dijudicare: quomodo ſibi in contrahendo præcauere, quor[illegible] repetere ſine vllo c[illegible] [illegible]ent, certa via, a[illegible] [illegible]igere poſſent. C[illegible] [illegible]ol-lato in eam [illegible]o, elaboraſſe aliquid [illegible] quod publice gra[illegible] conſiderem, nefas eſſe du[illegible] [illegible]iquam alij munuſculum hoc deferre quam tibi. Nam & in vrbe omnium nobiliſſima nobiliſſimo genere ortus es: & tantum tibi ipſe auctoritatis, inuſitata quadam virtutis præſtantia, florenti adhuc ætate, comparaſti, vt homines non tantum munus iſtud; quod grauiſſimum, & dignitatis pleniſſimum ſuſtines; rectiſſime in te collocatum arbitrentur, ſed maiora tibi quotidie, ſpe votiſq; communibus augurentur. At hæc quidem communia ſunt. Mihi vero quàm multæ cauſæ ſint, cur te præter ceteros colere debeam, & tu noſti, & ego numquam obliuiſcar. Is enim erga me ſemper fuiſti, vt niſi me plurimum tibi debere fatear, turpiſſimum ingrati animi crimen a me depellere nulla ratione poſſim. Plurimis igitur, & maximis beneficijs in me tuis hunc quoque cumulum adijce, vt hunc puſillum ingenioli mei fetum æquo animo feras; cum per ſe lucem ipſe formid[illegible]; in aſpectum hominum prodeuntem, tui ampliſſimi, & apud omnes gratioſiſſimi nominis præſcriptione decorari. Roma &c.

PHILIPPVS,
Dei gratia Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ R.
Mediolani Dux &c.

Significarunt nobis Marcus Amadorus, & ſocius, Bibliopolæ Romani, ſeſe in publicum emittere velle Tractatum de Reſtitutione in Integrum, & Iuramento Minorum, egregij Iuriſconſulti Sfortiæ Oddi, Peruſini: Tractatum de Locato, & Conducto egregij Doctoris Vincentij Carocij: Herbarium Vulgare, & Latinum egregij Phyſici Caſtoris Durantis: & Practicam Auditoris Cameræ Apoſtolicæ Domini Salluſtij Tiberij de Corneto: numquam antea editos: ſed valde vereri, ne, libris editis, alij, eos iterum excudentes, impenſæ, ac diligentiæ ſuæ fructum intercipiant: atque iccirco ſibi a nobis hac in re caueri, atque prouideri humiliter petierunt. Nos vero, viribus omnibus rem litterariam adaugere ſtudentes, eis fauendum eſſe cenſuimus. Itaque præſentium tenore ſtatuimus, & inhibemus Impreſſoribus, Bibliopolis, alijsq; omnibus, & ſingulis, ne hinc ad annos viginti, ab editis libris numerandos, narrata opera imprimere, aut imprimi facere, alibive impreſſa in hoc Dominium importare, vel venalia habere, aut uenumdare audeant: ſub pœna amiſſionis omnium libro-

rum,

rum, ac præterea nummorum aureorum ſcutatorum quingentorum pro qualibet uice, & quolibet contrafaciente: cuius pęnæ tertia pars Fiſco noſtro, alia accuſatori, & alia ſupplicantibus [illegible] r. Mandantes quibuſcumque Officialib[illegible] dicentibus Dominij noſtri Mediolani, t[illegible] is, quam immediatis, ut præſentes litteras [illegible] inuiolate obſeruent, & obſeruari faciant, procedendo contra inobedientes, iuxta earum diſpoſitionem, & tenorem. In quorum teſtimonium præſentes ſigillo noſtro munitas fieri, & regiſtrari iuſſimus. Dat. Mediolani, VII. Octobris. M D L X X X I I I.

M. Ant. Marlianus.

Locus Sigilli.

R.[ta] in filo paten.

NICOLAVS DEPONTE,
Dei gratia Dux Venetiarum, &c.

Vniuerſis, & ſingulis Rectoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, cæteriſq; M[illegible]ris, & Repræſentantibus noſtris, necnon Magiſtratibu[illegible] Officialibus huius vrbis noſtræ Venetiarum, tam præſentibus, quam futuris. Significamus, hodie in Senatu noſtro c[illegible]m fuiſſe, ut infra, videlicet. Che ſia conceſſo à Luciano Paſini, Marco Amador, & compagni, per auttorità di queſto Conſeglio, che per il ſpatio di anni vinti, altri che eſsi, ò chi hauerà cauſa da loro, non poſsi ſtampar, nè altroue ſtampati vender in tutto'l Dominio noſtro la Prattica ciuil dell'Auditor della Camera di D. Salluſtio Tiberio da Corneto. Li due Trattati de reſtitutione in integrum di D. Sforza Oddo Perugino, & il Trattato di D. Vicenzo Carocio Locati, & Conducti. Sotto pena di perder le opere ſtampate, & di ducati 300. da eſſer diuiſi, vn terzo all'accuſator, vn terzo all'Arſenal noſtro, & vn terzo al Magiſtrato, che farà l'eſſecutione. eſſendo obligati ad oſſeruar quanto è diſpoſto per le leggi noſtre in materia di ſtampe. Quare, auctoritate ſupradicti Senatus, mandamus vobis, vt prædictam partem obſeruetis, atque ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciatis. Datæ in Noſtro Duc. Pal. Die XV. Oct. Ind. XII. M D LXXXIII.

Laurentius Maſſa, Secr.

SALLVSTII TIBERII A' CORNETO

DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS *quæ coràm Auditore Cameræ aguntur.*

LIBER PRIMVS.

De Auctoris conſilio in hoc tractatu componendo. Cap. I.

CVM ſtylus Auditoris Cameræ tribunalis poſt celebrationem, & publicationem ſacri Oecumenici Tridentini Concilij, tum per Concilij ipſius decreta, cùm per motum proprium reformationis eiuſdem tribunalis à fe. re. Pio Papa Quinto, ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum XII. Kalen. Decembris, Pontificatus ſui anno quinto æditum adeo fuerit innouatus: vt ne dum antiquiores tribunalis ipſius notarij, & ſubſtituti, verum etiam non pauci famoſi cauſarum patroni interdum hæſitantes, & ancipites ſuper modo procedendi in cauſis, quæ in tribunali ſupraſcripto aguntur, difficultates plurimas ſentiant, ob id non potui haud parum mirari inter innumeros huius curiæ doctiſſimos iure conſultos, & praxis ipſius eruditiſſimos viros cauſarum patronos, & notarios, neminem ea de re aliquid ſcripſiſſe. ego igitur omnium minimus diu in eodem tribunali verſatus, non, quòd me

huic muneri ſubeundo idoneum exiſtimauerim, ſed vt peritiores ad hoc tam vtile opus inuitarem. breuem hunc ſuper ſtylo tribunalis prædicti, & modo procedendi in cauſis illius executiuis, ordinarijs, extraordinarijſque tractatum, ſi non antiquioribus, & peritis, tyronibus ſaltem profuturum, pro tenuis ingenioli mei menſura cõſcribere inſtitui. Verum antequàm ad propoſitã deueniam Lectores moneo, ne his ex cauſis opuſculum hoc in compendium quantum in me fuit breuiorem redegiſſe, ac ex libris auctorum illorum, qui nõ minus doctè, quàm copioſè de ſtylo huiuſmodi [illegible]nus tractauerunt id tantum, & breuius retuliſſe, quod ad ſtylum ipſum, vt prenarratur, innouatum, illiuſque obſeruantiam attinère nobis viſum fuit. Primùm ſiquidem, ne prolixa & ſuperuacanea lectione legentis in animo, quod conducibile eſt oblitterarem. Præterea ne aliena ſegete agrum noſtrum fertiliorem reddidiſſe, ac vanam potius oſtentationem, quàm vtilitatem quæſiuiſſe videamur. A', proceſſu igitur Cameralis obligationis eiuſdem tribunalis præcipuo, & frequentatiſsimo exordiar.

De varijs antiquarum Cameralium obligationum formis. Cap. II.

1 *Duæ erant magis vſu receptæ antiquitus obligationum formulæ, & quæ.*
2 *Tertia formula, rarò vſitata.*

1 AD proceſſus, ſeruandos in executione inſtrumentorũ, Cameralem obligationem continentium; de qua perſæpè in Auditoris Cameræ tribunali agi conſueuit; deuenientes: vt facilius innouatio moderni ſtyli, illiuſque ab antiquo diſcrepantia dignoſcatur; de qualitate prædictarum obligationum, & priori earum executione nonnihil breuè referẽdum exiſtimauimus. Inſtrumenta iampridem, & contractus ſub diuerſis formis, & qualitatibus; vt latè in inſtrumentorum formulario habetur; recipiebantur. In quibus, & pro quorum obſeruatione debitores, & alij contrahentes obligationis vinculo, altera ex infraſcribendis formula generatim obligabantur. Quarum vna hæc eſt. Pro quibus obſeruandis ſupradicti contrahentes ſeſe, hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligarunt, iurarunt &c. Al

tera vérò,in qua arctius deuinciebantur debitores; hæc, præter Cameralem obligationem habebat addita verba. Et cenſuras omnes eccleſiaſticas, unà cum mandato exequutiuo ſuſceperunt. Et hæ
2 duæ formulæ tam in vrbe, quàm extra paſsim erant vſu receptæ in omnibus cõtractibus.Non deficiebant etiam aliqui,qui nimis prudentes,& accurati apparere deſiderantes in forma iuris, aut quarãtigiæ,vel bona tantum,non autem perſonas obligabant. Sed hoc rarò eueniebat: namque creditores, proprijs damnis cautiores facti arctiores obligationes ab eorum debitoribus poſcere curabant;quæ altera ex præſcriptis duabus formulis, vt diximus recipiebantur. Quarum obligationum,primò deſcriptarum executio modo infra annotando procedebat.

De proceſſu ſimplicis Cameralis obligationis,in inſtrumentis in vrbe celebratis appoſitæ, antiquitus ſeruari ſolito. Cap.III.

1 *Prior citatio, in proceſſu exequutionis ſimplicis, & antiquę Cameralis obligationis.*
2 *Altera citatio.*
3 *Ceduloni, ſeu excommunicationis formula.*
4 *Citatio, aggrauatoriam, & brachium ſeculare præcedens.*
5 *Formula ceduloni aggrauatoriæ.*
6 *Formula brachij ſecularis, quod hodie mandatum executiuum dicitur.*

1 VIGORE ſimplicis obligationis in forma Cameræ; iuxta primò ſcilicet enumeratam formulam receptæ; ſi inſtrumentum erat rogatum in tribunali Auditoris Cameræ citabatur olim debitor ad ſoluendum iuxta formã ſuæ obligationis,aliàs confitendum,vel confiteri videndum debitum,& ſe excommunicari.Et in termino relationis factæ per Curſorem, cõparẽte creditore,aut illius procuratore legitimo,iudex, habita prius iudiciali debiti confeſsione unius ex procuratoribus,per debitorem in eius obligatione conſtitutis (in qua obligatiõe ; prout in formæ Cameræ extenſione patet; cõſtituuntur omnes cauſarum actores, & notarij Romanæ curiæ procuratores ad confitendum debitum) excommunicabat debitorem,niſi infra tres dies currentes ſol-

uiſſet,ſiue releuans aliquid allegaſſet. Et licèt ille procurator non eſſet ibi præſens,& debitum fateretur, tamen de ſtylo antiquo, communiter recepto,& comprobato, ob cumulum, & multitudinem negotiorum extendebatur; prout etiam in ſimilibus hodie extẽditur; per notarium,quòd ille procurator ibi interſit,& debitum fateatur.
2 Quibus tribus diebus elapſis; quos nihil intererat iuridicos, aut feriatos eſſe; citabatur ſecundò debitor ad videndum ſe declarari, & litteras declaratorias contra ſe decerni,& relaxari. Ac in termino relationis comparente creditore, aut procuratore legitimo, iudex declarabat debitorem incurriſſe excommunicationis ſententiam, & literas declaratorias relaxabat, niſi ad primam diem iuridicam, immediatè ſubſequentem poſt intimationem debitori faciendam ſatisfeciſſet. Qua intimatione à curſore exequuta, & aduerſario adhuc in ſolutione moram faciente,& nihil releuans deducente relaxabantur
3 à iudice literæ declaratoriç ſub hac forma. D.N. hic authoritate apoſtolica denunciatur excommunicatus,& declaratus ob non ſolutionem ſcutorum ducentorum auri in auro, infraſcripto inſtanti debitorum vigore obligationis in forma Cameræ, de qua in actis. Inſtante domino N. principali. Et literis eiuſmodi nomen eſt cedulonus. Quo cedulono expedito, publicato, & affixo per Curſores aciei cãpi Floræ; ſi infra decemdium poſt illius publicationem debitor non ſoluebat; eo iterum citato ad videndum ſe aggrauari, & reaggrauari, vnà cum inuocatione auxilij brachij ſecularis,& comparente creditore, aut eius procuratore, & reproducente dictas declaratorias literas publicatas, tenoris prout in eis, debitore verò nihil releuans opponente iudex aggrauabat cenſuras, inuocando auxilium brachij ſecularis,& literas aggrauatorias, ad brachium ſeculare relaxa-
5 bat ſub his formis. Cedulonus aggrauatoriæ. D.N. exaduerſo principalis hic authoritate Apoſtolica denunciatur excommunicatus, & declaratus, aggrauatus, & reaggrauatus, vnà cum inuocatione auxilij brachij ſecularis, ob non ſolutionem ſcutorum ducentorum auri in auro, infraſcripto inſtanti debitorum vigore obligationis in forma Cameræ, de qua in actis. Inſtãte D.N. principali. Forma bra-
6 chij ſecularis in curia. De mandato Illuſtriſsimi,& R.P.D. Auditoris Cameræ, ſiue R. P. D. locumtenentis, & ad inſtantiam domini N. principalis creditoris. Tenore præſentium auferantur de bonis domini N. exaduerſo principalis debitoris bona valoris ſcutorum ducentorum auri in auro, debitorum vigore obligationis in forma Cameræ,

Cameræ, de qua in actis, unà cum expenſis præſentis mandati. Quæ ablata deponantur ad effectum ſubhaſtandi. Nec non capiatur idẽ debitor, & carceretur non relaxandus, donec eidem inſtanti de dicto ſuo credito integrè ſatisfecerit, & ſine expreſſa Domini licentia, & mandato. Quoniam ipſo debitore citato, intimato, excommunicato, declarato, aggrauato, & reaggrauato, vnà cum inuocatione auxilij brachij ſecularis Dominus ita mandauit die &c. Formulas extra curiam omitto; de illis enim inferius tractabimus, & ſuo loco ponemus. Vt ſupra ſcriptæ declaratoriæ, & aggrauatoriæ affigebantur publicè per vrbem ceduloni literis maiuſculis ſcripti, in quorum ſummitate, in debitorum vilipẽdium deformes, atque indecoræ imagines varijs coloribus pingebantur.

De proceſſu exequutionis obligationis antiquæ, cenſuris munitæ. Cap. IIII.

1 *Modus procedendi ad executionem obligationis, in qua eſt conſenſum in mandatum unica prævia citatione.*

2 *Proceſſus exequutionis ſimilis obligationis, in qua in mandatum abſque citatione conſenſum eſt.*

EX forma ſecundæ obligationis, in qua debitor, præter cameralem obligationem, ſuſcipiebat omnes cenſuras eccleſiaſticas, vnà cum mandato exequutiuo; conſentiẽs illarum relaxationi vnica, vel nulla citatione præcedente; ſi cum citatione ita procedebatur.

1 Citato debitore ad ſoluendum iuxta formam ſuæ obligationis, aliàs videndum contra ſe relaxari cẽſuras in obligatione ſuſceptas: comparente in termino citationis creditore iudex relaxabat cenſuras, niſi per totam illam diem ſoluiſſet. Si verò abſque aliqua citatio-
2 ne erat obligatus; elapſo termino, in obligatione conuento ad inſtantiam creditoris expediebatur mandatum in ſupradicta forma vſque ad clauſulam, quoniam: vbi dicebatur. Quoniam conſtito de credito per obligationem, ipſoque debitore excommunicato, declarato, omnibusque cenſuris eccleſiaſticis innodato, dominus ita mãdauit die &c. In uim iſtarum cenſurarum affigebantur pariter ceduloni, & carcerabantur etiam debitores.

De

De appoſitione manus iudicis in libro actorum notarij. Cap. V.

1 *Diſſinitiua decreta iudicis ſubſcriptionem exigunt.*
2 *Vetus formula ſubſcriptionis iudicis.*
3 *Cur adinuenta ſit noua formula.*
4 *Formula nunc uſitata iudicis ſubſcriptionis.*

1 VERVM quia durum, & à ratione prorſus diſſonum videtur cenſuras eiuſmodi nullo præcedente decreto, formiter facto relaxari: namque hæc cenſurarum fulminatio decretum eſt diffinitiuum, animas, & corpora ligans, in antiquis obligationibus tempore bo.me. Cardinalis Ghinutij, dum in minoribus conſtitutus Auditorem Cameræ agebat; quia modica recipiebantur inſtrumenta, propter bonam hominum tempeſtatis illius fidem; in ſimilium obligationum pede uerba huiuſmodi
2 ſcribi conſueuerant. Niſi infra tempus conuentum detur literæ de conſenſu. Iuris enim eſſe uidetur, in omnibus diffinitiuis decretis
3 iudicis ſubſcriptionem neceſſario requiri. Cum autem, ob hominũ inſtantis temporis calliditatem, mirum penè in modum auctam nõ uerba, non apocæ, non valida inſtrumenta quaſi creditoribus ſufficerent; ob eamque rem creuerit infinitus propemodum inſtrumentorum, ualidis, & efficaciſsimis clauſulis munitorum numerus; ac alia diffinitiua decreta in dies occurrant in tribunali facieda, vtpote debiti confeſsio; monitorij per debitorem negati, & à creditore verificati reintegratio; mandati exequutiui decretum cenſurarumque ante ſcripta fulminatio: pro faciliori decretorum huiuſcemodi expeditione, & ad tollendas nullitates in actorum Notariorum libro, Broliardo appellato, qualibet iuridica die à iudice manum ſub infrapoſitis verbis, à quolibet notario in ſuo Broliardo ſcriptis poni excogitatum, & vſu receptum fuit.

4 Confeſsio debiti.

Niſi infra tres.

Reintegratio Monitorij, & relaxatio mandati.

Niſi ad primam diem.

Relaxatio cenſurarum.

Niſi infra tempus conuentum dentur literæ de conſenſu.

De

De proceſſu exequutionis Cameralis obligationis ſimplicis, inſtrumentis extra curiam celebratis adiectæ. Cap. VI.

1 *Differentia inter exequutionem obligationis celebratæ in curia, & extra eam.*
2 *Extenſio formę Cameræ.*

QVI modum procedendi ad exequutionẽ Cameralis obligationis, inſtrumentis in curia receptis adiectæ, ſuperius relatum nouerit; proceſſum, qui in exequutione ſimilis obligationis, contractibus extra curiam celebratis annexæ ſeruari antiquitus conſueuerat nullo ferè negocio cogno-
1 ſcet. Hæc enim tantum inter hos proceſſus erat differentia. Citabatur in hoc proceſſu debitor in primis ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitioné, quatenus opus ſit; ac mandari extendi obligationem in forma Cameræ in dictis iuribus appoſitam iuxta ſtylum curiæ. Et in ter-
2 mino citationis comparente creditore iudex obligationem extendi mandabat. Qua extenſa, ſeu quo decreto extẽſionis facto, hoc enim ſatis erat abſque aliqua formali extenſione; quæ poſtmodum poterat à notario quandocunque fieri: ad obligationis prædictæ exequutionem, ut ſupra de inſtrumentis ſimplici Camerali obligatione munitis, in curia celebratis latè diximus procedebatur.

De proceſſu exequutionis obligationis Cameralis cenſuratæ, annexæ contractibus extra curiam factis. Cap. VII.

IN inſtrumentis, in quibus debitor cum cenſuris, & mãdato exequutiuo erat obligatus præmittebatur aduerſus eum citatio ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit; & ſoluendum iuxta formam ſuæ obligationis, aliàs uidendum relaxari cenſuras in obligatione ſuſceptas.

Cuius

Cuius citationis relatione à curſore facta procedebatur eodem penitus modo, quem de inſtrumentis, cenſurata vallatis obligatione, in curia celebratis ſupra retulimus. Non requirebatur in huiuſmodi cenſuratarum obligationum proceſſu, aliqua obligationis extenſio. Idem quoque hodie iuxta factorum contingentias ſeruatur; vt infra ſuo loco tradem us.

De ſublatione modi procedendi ad fulminationem cenſurarum olim ſeruati. Cap. VIII.

1 *Decretum quod abſtineatur à fulminatione cenſurarum, & quando ad eas ſit procedendum.*

QVIA ciuſmodi cenſurarũ fulminatio,adeo frequens erat,
& in tantam venerat familiaritatem, vt contemptui po- 1
tius quàm coertioni hominibus eſſe videretur; ſacroſancta Tridentina Sinodus Seſſ.xv.& deinde Pius Quartus, & ſucceſsiue Pius Quintus piæ me.expreſsius in reformatione tribunalis Auditoris Cameræ prudenter etiam conſiderantes anathematis gladiũ
non niſi pro re graui & ardua,vel ubi alia iuris vel facti non proſint 2
remedia, & non ſine magna circunſpectione exercendum eſſe; nimis amplam huiuſmodi cenſurarum fulminationis licẽtiam reſtrinxerunt,ac ad cenſurarum relaxationem deueniri nõ debere,niſi ubi, & quando realis nec perſonalis contra debitorem fieri poſſet exequutio de quo impedimento iudici cõſtare velle conſtituerunt. vt latè in dicta conſtitutione reformatione tribunalis, die 4. menſis Decembris anni 1570. Auditori Cameræ, & illius Notarijs notificata habetur.

De duabus obligationis Cameralis formulis, ex reformatione Pij Quinti adinuentis. Cap. IX.

1 *Prima formula obligationis, in qua certus conſtituebatur procurator.*
2 *Alia formula, in qua requirebatur iudicis præſentia.*
3 *Primæ formulæ aliquandiu paritum eſt noua excogitata calliditate.*

Poſterior

4 *Poſterior formula nunquàm fuit uſu recepta, ob difficultatem præſentiæ iudicis.*

1 EX præſcriptæ reformationis tenore ſtatutum eſt, cap. primo; ne quiſquàm debitor poſſet amplius condemnari ex confeſsione debiti, à procuratore facta; vt ante dictam reformationem conſueuerat; niſi talis procurator in obligatione conſtitutus expreſsè à debitore conſtituente nominaretur, procuratorque ipſe eidem obligationi, & tempore illius ſtipulationis intereſſet, & onus mandati acceptaret, non ſolum ad debitum ip-
2 ſum confitendum, verum etiam ad debitorem defendendum. Ex eadem conſtitutione cap. quinto ſtatutum eſt; quod ſi aliquis ſe arctius obligare uoluiſſet (puta cum ſuſceptione cēſurarum, & mandati exequutiui, ut antea fiebat; quæ ſtatim adueniente ſolutionis tempore, ut ſupra dixi, fulminabantur) tunc in ſtipulatione obligationis eiuſmodi requirebatur iudicis ordinarij præſentia, qui debitori pœnam relaxationis mandati, cenſurarumve fulminationis, niſi debito, & cōuento termino ſoluiſſet comminaretur nulla facta perſonali citatione, ſed unica tantum præuia dilatione, quæ in locis publicis Vrbis affixa intimaretur: Quodque facta hac intimatione ad mandati relaxationem, ac ſucceſsiuè ad cenſuras; quando tamen realis, aut perſonalis exequutio fieri non potuiſſet, procederetur. Ex quibus quidem duabus formulis, ac obligationum modis, talis, tantaq; orta fuit difficultas; ut diu, quomodo in actu practico poſſent exequutioni mandari ob magnum obligationum numerum, quæ in quolibet ex tribunalis officijs quotidie recipiuntur, fuerit dubitatum. Attamen primæ parti, & reformationi aliquandiu paritum eſt. Nam in obligationibus, quæ paſsim vt plurimum in notariorum officijs recipiebātur, conſtituebantur procuratores Notarij, Scribæ, & copiſtæ in iiſdem officijs ſcribentes; & erat ea conſtitutio ac ſi facta non fuiſſet. Si autem alibi quàm in officio recipiebantur obligationes, conſtituebantur procuratores quicunque, etiam idiotæ, famuli, & artifices; qui tempore exequutionis obligationum nunquàm comparebāt, aut aliter principales ſuos defendebant. Alia ſecunda formula nunquàm
4 fuit recepta in practica propter difficultatem habendi iudicem, alijs magis arduis negocijs impeditum.

De nouis Cameralis obligationis formulis, quæ hoc tempore ſunt in uſu. Cap. X.

1 *Retentus eſt uſus prioris formulæ cum conſtitutione procuratoris præſentis.*
2 *Secunda formula ſimplicis obligationis, in qua renunciatur appellationi.*
3 *Tertia formula, in qua præter renunciationem appellationi conſentitur in mandati, & cenſurarum relaxationem.*

EX prænarratis cauſis non ſemel fuit inter Auditorem, Iudices, Locatenentes, & Notarios conſultum ſuper forma dictarum obligationum, & tandem in Congregatione dd. reformatorum, ad id deputatorum per eundem Pium V. fe. re. decretum fuit; quòd obligationes reciperentur ſub prima forma, cum conſtitutione procuratoris præſentis,
2 & acceptantis. Rurſus ſub alia formula, in qua contrahentes obligarent ſe in forma Cameræ ſine procuratoris conſtitutione, & renũciarent cuicunque appellationi, reclamationi, & recurſui, aliiſq; exceptionibus, quæ contra exequutionem inſtrumenti interponi, & opponi poſſent; per quas obligationis exequutio minimè retardari, aut impediri, illiſque non obſtantibus ad exequutionem finalem, & ple-
3 nariam procedi poſsit. Decreuerunt præterea reformatores prænominati; quòd arctius ſe obligare volentes ſub eadem Cameræ Apoſtolicæ forma, præter procuratoris conſtitutionem, ſuſciperent in ſe ipſos mandatum exequutiuum, illiuſque relaxationi cõſentirent vnica, vel bina citatione, aut intimatione præcedentibus. Quodq; ſuſceptio mandati, cum conſenſu prædicto haberet vim, & præceptum iudicis, de quo fit mentio in antedicta reformatione cap. quinto; & vt antiquitus obſeruabatur in cenſurarum fulminatione, ut ſuperius latè diſtinctum eſt.

De modo procedendi ad excommunicationem obligatorum in forma Cameræ. Cap. XI.

1 *Forenſes ut plurimum pro negociorum expeditione pecunias ad cambium uel ſocietatem officij recipiunt.*

2 *Primus*

2 *Primus modus procedendi ad relaxationem excõmunicationis unico contextu cum mandato exequutiuo.*

3 *Si debitor ſoluit in uim mandati, non tenetur ad excommunicationis impenſas.*

4 *Secundus modus procedendi ad excommunicationem poſt relaxationem mandati.*

ALIA maior ſupererat difficultas, quomodo, & quibus in caſibus ad reddendum facilem negociandi modum in curia contra debitores excommunicatio concedenda eſſet. Nam ut plurimum forenſes, & præſertim Hiſpani negocia tractãtes duobus facilioribus modis inueniunt pecunias in curia, pro eorum expeditionibus neceſſarias; recipiunt enim illas ad cambium à mercatoribus, aut in ſocietatem officiorum, & expeditis eorum negocijs ab Vrbe diſcedunt, petentes eorum patrias, alienæ iuriſdictioni ſu-
2 biectas. Et demum obtentum fuit cum dd. reformatorum conſilio, & uoto; quòd vbi certum eſt executionem realem, aut perſonalem fieri non poſſe, unico contextu mandata exequutiua cum excommunicatione relaxarentur hac appoſita clauſula. Quatenus vigore huiuſmodi noſtri mandati exequutio realis, aut perſonalis fieri non poſſit; de quo prius per publica documenta legitimè conſtiterit; prædi-
3 ctum debitorem publicè excommunicatum declaretis, &c. Addita etiam clauſula; quòd ſi debitor vigore mandati ſoluiſſet, ad excommunicationis expenſas nullo pacto teneretur, ut pariter apparet in
4 eadem reformatione cap. quod ſi forte, num. 29. Verum quia ex his reformationibus mercatores pecunias curialibus credere recuſabãt; maxima enim erat in illarum exactione difficultas ob mutatam obligationum formam, ac conceſsionis excommunicationis modum; per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum Alexandrum Cardinalem Riarium, tunc cauſarum curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem ſollicitantibus curialibus, & notarijs ex nouo uoto dd. Reformatorũ, ac ẽt Illuſtriſs. & Reuerendiſs. dd. Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinaliũ congregationis ſacri Tridentini Concilij, annuente, & conſulente bo: me: Cardinali Alciato, ualidiſsimo curialium, & curiæ protectore, atq; fautore mandatum & ordinatum extitit; quod ratione contractuum, & inſtrumentorum, celebratorum in curia, & quorum ſolutiones liberè, aut in certum euentum in curia eſſent deſtinatæ; cùm ad illorum exequutionem deuentum eſſet, relaxato prius

mandato exequutiuo, & illius vigore facta per exequutores, Curiæ diligentia inueniendi debitores, aut illorum bona in Vrbe, & non inuentis; contra debitores eiuſmodi abſentes ab Vrbe, & alienę ſubiectos iuriſdictioni cenſuræ, & excommunicationes liberè, & abſq; ulla dubitabili conditione concederentur. Quia quidem via electa, & declarata, facillima reddita eſt negociatio, & pecuniæ curialibus indigentibus libentius à mercatoribus traditæ fuerunt; idq; hactenus obſeruatum fuit, & quotidie obſeruatur.

De cambiorum obligationibus, ac intereſſe liquidatione. Cap. XII.

1 *Obligatio cambij, hactenus obſeruata.*

2 *Ad quam rationem intereſſe cambiorum antiquitus ſoluebabtur.*

3 *Hodie ſumenti cambio pecunias conceditur tempus trium menſium ad ſoluendum, & duorum ad certificandum de ſolutione.*

4 *Non poſſunt hodie peti cambiorum intereſſe, niſi ſecundum liquidationem A. C. & quomodo ab eo liquidentur.*

TRADITVS etiam fuit modus, & reformatio dictis cambijs: nam obligationes cambiorum antea ſub hac forma
1 fiebant. D. Gundiſaluus Ximenez fatetur habuiſſe ad Cambium à nobilibus dd. Ioanne Enriquez de Herrera, & Octauio Coſta mercatoribus Romæ negociantibus ducatos Centum auri Cameræ veteris valoris; quos ſoluere, ſeu ſolui facere promittit in oppido Matriti Domino N. mercatorum prædictorum correſponſali ad rationem quadringentorum ſeptuaginta morapetinorum monetæ illarum partium; vel minus, vt conueniebatur; pro ſingulis ducatis infra tres menſes proximos, & infra alium immediatè ſubſequentem menſem certificare mercatores ipſos in curia de ſolutione huiuſmodi in partibus facta; alias ſoluere hic Ro-
2 mę, una cum cambijs, & intereſſe. Quibus quatuor menſibus elapſis, & non certificatis mercatoribus de ſolutione, augebant mercatores cambia ad rationem primò conuentam, & deinde etiam cambiorum huiuſmodi cambia; ita ut infra modicum tempus duplicaretur
3 ſolutio. His data eſt forma; ut prorogaretur tempus certificatio-
4 nis ad alium menſem, & ſic in totum ad quinque menſes. Et etiam

quod

quod mercatores non poſſent partitas cambiare, & augere, ſed petere ſolùm eorum intereſſe, liquidanda per Auditorem Cameræ; quæ liquidatio fuit declarata ad rationem decem, & octo pro centenario: Sed poſtmodum, & ultimo loco matura magis habita conſideratione, & graui curialium damno ponderato ad rationem treſdecim pro primo, & ſeptem pro reliquis ſequentibus annis in ſingula centenaria liquidatio reſtitit, & hodie reſtat.

De ſocietatibus officiorum, & illarum forma. Cap. XIII.

QVAE ſuper officialium Romanæ Curiæ officiis cōtrahuntur ſocietates, ſub hac forma fiunt. D.N. ſcriptor apoſtolicus ſuper eius officio fatetur habuiſſe ſcuta tricenta auri in auro in ſocietatem, duraturā ad ſex menſes proximos, & deinde ad ambarum partium beneplacitum, præcedentē diſdicta quindecim dierum; quam etiam domi dimiſſa copia, & in euentum ab Vrbe abſentiæ per contradictas, aut edictum publicum fieri poſſe, & ſe non ſecus ac ſi perſonaliter fieret arctare uoluit; à nobili domino Camillo Cerrino à Corneto, abſente me notario &c. ſtipulante, de quibus ſe contentum uocauit, exceptioni non numeratæ pecuniæ &c. renunciauit; quietauit &c. Qua ſocietate durante, promiſit facere participem præfatum dominum Camillum omnium dicti ſui officij fructuum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum pro rata dictorum ſcutorum tricentorum. Quam ratam; ad euitandum differentias, quæ in rationibus in eundis oriri facilè poſſent, cauſa incertitudinis fructuum huiuſmodi, qui interdum augentur, nonnunquam autem decreſcunt; cum d. Camillo conueniſſe affirmauit ad rationem ſcutorum duodecim ſimilium pro quolibet centenario, & anno, ſoluendorum, prout idem officialis integrè, & cum effectu ſoluere promiſit de ſemeſtri in ſemeſtre, & in principio cuiuslibet ſemeſtris hic Romæ liberè, & ſine aliqua exceptione, & retardatione, & finita, aut diſſoluta ſocietate ſoluere & reſtituere dicta ſcuta tricenta, una cum fructibus decurſis, & non ſolutis prædicto d. Camillo abſenti, me notario &c. aliàs uoluit fructus huiuſmodi ad rationem, ut præfertur, conuentam currere, & debere uſque ad integram, & fina-

lem

lem præfatorum ſcutorum trecentorum reſtitutionem,ac fructuum decurſorum, & non ſolutorum ſatisfactionem loco damnorum,& intereſſe, contrariis non obſtantibus quibuſcunque: quia ſic cum creditore prędicto conueniſſe aſſeruit.Inſuper conueniſſe affirmauit pacto expreſſo cum d.Camillo; quod ſi durante hac ſocietate morietur ipſe d.Camillus,morte tamen naturali,& non uiolenta, telo, ferro,veneno, aut aliàs quomodocunque ab homine uiolenter illata,& inflicta, idem N. officialis ſupradicta ſcuta tricenta ſuperlucretur; & ſolum ad fructus,vſque tunc decurſus teneatur. Præterea ipſe N.officialis; vt magis d.Camillo cautum ſit,promiſit ſocietati huiuſmodi, ac omnibus,quæ continentur in ea principaliter, & inſolidum acceſſuros N.& N.eoſque licet abſentes,me notario &c. ſtipulante ab hac ſocietate,ac acceſſionibus,& promiſſionibus per eos faciẽdis,ac omnibus,& ſingulis,quę contine buntur in illis indemnis penitus,& ſine damno releuare,& conſeruare;itaquòd nullum propterea damnum, aut moleſtiam patientur: aliàs ad omnia damna &c. teneri voluit; de quibus,&c.abſque &c.Pro quibus obſeruandis &c.ſe, hæredes, ac bona &c. in forma Cameræ obligauit &c. Vt in forma ſupra deſcripta. Aduertat tamen notarius,quòd ſi ſocietas;ut plerumque conſueuit; contrahatur ſuper uita perſonæ,à dante pecunias nominandæ; addat hanc clauſulam. Ita tamen quòd ipſe Camillus in euentum nominationis ſuperuiuat per quindecim dies poſt nominationem dictæ perſonæ. Et hoc ad conſulendum indemnitati debitoris, accipientis pecunias in ſocietatem. Quia per omiſſionem eiuſmodi clauſulæ dans pecunias in ſocietatem quandocunque,etiam in mortis articulo poſſet perſonam nominare,& ſic nunquàm, ſeu raro ueniret caſus,quod pecuniæ ſuperlucrarentur.

De fide, ſeu memoria, in contractibus ſocietatum fieri conſueta. Cap. XIIII.

1 *Exburſatis cum effectu pecunijs,& ratificato inſtrumento per creditorem, ſocietas cenſetur completa.*

2 *Quare fides,ſeu memoria in ſocietatibus fieri conſueuerit.*

SCIEN-

1 SCIENDVM eſt ſocietates huiuſmodi ſtipulari, ac earum inſtrumenta recipi ferè ſemper abſente creditore, & propterea non exburſari in actu ſtipulationis pecunias, ex quo prius accedere debent fideiuſſores omnes; qui cum plerumque duo ad minus ſint, nequeunt ita facile inſimul conueniri, & poſt ſtipulationem inſtrumenti ſocietatis ſpatio trium, quatuor, aut plurium dierum accedunt inſtrumento, antea ſtipulato. Poſt quas omnes acceſsiones factas, creditor exburſat pecunias; retinendo fructus primi ſemeſtris, de quibus pecunias accipienti quietantiam facit; & unico contextu ſocietatem ad eius fauorem factam expreſsis uerbis penes notarium ratificat. Hac ſequuta ratificatione, & pecuniarum effectuali numeratione, ſo-
2 cietas eſt perfecta, & inſtrumentum completum. Verùm quia nonnulli nimis cauilloſi ad ſolutionem differendam exceptionem pecuniæ non numeratæ opponere interdum ſolebant; cum re uera pecuniæ in actu ſtipulationis inſtrumenti, vt ſupra diximus, non exburſentur; quæ exceptio, licet in Cameralibus obligationibus non admittatur; tamen ad obuiandum debitorum diffugijs, & pro maiori creditorum cautela, ex inueterata conſuetudine receptum eſt fieri à notario quandam ſocietatis memoriam, quam fidem uocant: in qua officialis fatetur, propria manu ſe in pede memoriæ eiuſmodi ſubſcribendo, pecunias in promptu, &, vt aiunt, in contanti accepiſſe. Nec propterea tollitur quin creditor amiſſa hac memoria, uel forſan ab officiali non accepta, poſsit ad exequutionem inſtrumenti agere; hæc enim creditori memoriæ cauſa duntaxat inſeruit: cum inſtrumentum, abſque ope memoriæ prædictæ, ſimul ac ſequuta eſt creditoris expreſſa, uel etiam tacita ratificatio completum, & ſocietas perfecta dicatur.

De lucro pecuniarum ſocietatum, tempore illas diſdicendi, & requiſitis ſuper earum contractu. Cap. XV.

1 *Si creditor moriatur intra tempus diſdictæ, pecuniæ ſunt ſuperlucratæ.*

2 *Nimius rigor uidetur repetere fructus ſolutos lucrata ſumma principali.*

Durante

3 *Durante tempore, pro quo fructus ſunt percepti, ſocietas non diſdicitur.*
4 *In contractu ſocietatis requiritur conſenſus utriuſque partis, dantis ſcilicet & recipientis.*

SOCIETAS regulariter contrahitur ad ſex menſes, vel aliud tempus, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta quindecim dierũ præcedente: & durante dicto primo termino ſex menſium, vel alio conuento, ſocietas non poteſt diſdici, aut beneplacitum reuocari. Et ſi infra tempus huiuſmodi, in inſtrumento ſpecificatum, ille ſuper cuius vitæ periculo pecuniæ poſitæ ſunt moriatur, nihil prodeſt diſdicta per creditorem facta, quamuis per quindecim dies poſt illam ſuperuixerit; nec obſtat accipienti pecunias, quin illas lucrifaciat. Imò tenentur hæredes dantis pecunias fructus ei anticipatè ſolutos, & adhuc integrè non decurſos reſtituere pro rata temporis, per quod ſo
2 cietas durauit. Attamen nimis rigoroſum videtur fructus ſolutos repetere, ſuperlucratas ſortè principali: & hæc repetitionis intentio in animum auaritiæ maculis non nihil inquinatum cadere ut plu
3 rimum exiſtimauerim. Si poſt primum ſemeſtre, uel aliud innouatæ per tacitum partium conſenſum ſocietatis tempus, quis ſocietatem ſuam diſdicere uoluerit, id ſibi quandocunque licebit; dummodo fructus non receperit: quia durante tempore, pro quo fructus ſunt ſoluti, diſdici nequit ſocietas. Sed poſt factam diſdictam creditor pecunias recuperare non poterit, niſi ille, ſuper cuius uitæ periculo erit contracta ſocietas per quindecim dies completos ſuperui
4 xerit. Solent huiuſmodi ſocietates ſæpe contrahi inter officialem præſentem, & creditorem abſentem per interpoſitam perſonam, quæ ſibi facultatem diſdicendi, fructus, & ſortem exigendi abſq; aliquo dicti creditoris ordine, ſeu mandato in contractu reſeruat. Et quoniam eueniente caſu mortis illius, ſuper cuius uitæ periculo ſocietas contracta fuerit; ſiue ſit alia perſona, ſiue fuerit etiam idem principalis creditor; oriri poſſet dubitatio an hæredes creditoris poſſent pecunias, niſi de mandato illius principalis, ad eocundam ſocietatem ſufficienti appareat, repetere, tutius erit, quod in talibus inſtrumentis in actu illorum ſtipulationis mandatum, ſiue epiſtola exhibeatur recognita, in qua detur facultas pecunias in ſocietatem dandi ut ſupra dixi.

De ſocietatum diſdictis. Cap. XVI.

1 *Diſdicta quomodo debeat intimari.*
2 *Forma diſdictæ.*
3 *Quindecim dies diſdictæ à die illius reproductionis currere incipiunt.*
4 *Antiquitus aderat modus diſdictas reproducendi, quo quindecim dies à die illarum exequutionis enumerabantur.*
5 *Quare ſe:re: Pius V. modum hunc ſuſtulerit.*

1 DISDICTA ad hoc ut afficiat debet officiali perſonaliter intimari; niſi aliter in inſtrumento ſocietatis per ſpeciale pactum conuentum fuerit; ut ſuperius in extenſione ſocietatis inſtrumenti apparet. Et diſdictæ forma
2 hæc eſt. Intimetur d. N. ſcriptori apoſtolico, ex aduerſo principali; qualiter infraſcriptus inſtans non intendit amplius continuare ſocietatem ſcutorum Centum auri in auro, per acta infraſcripti notarij, ſuper eius officio ſcriptorię apoſtolicæ die ſecunda Iunij 1582. initam; imò illam diſdicit, beneplacitumq; ſuum, in ea poſitum reuocat, ac ſortem, & fructus rehabere uult, & ad hoc ipſum interpellat omni meliori modo &c. Inſtante mag. d. Camillo Cerino à Corneto principali. Franciſcus Bacholettus eſt notarius. Qua diſdicta per curſorem intimata, creditor principalis, aut procurator; habens ad hoc ſpeciale mandatum, illam producit in actis noatrij, ubi eſt rogatum, uel productum inſtrumentum ſocietatis. In cuius diſdictæ extremitate notarius ponit hæc uerba. Idem principalis, aut N. procurator, prout in actis reproduxit, & diſdixit, ut ſupra. Et annotata hoc modo diſdicta quindecim dies à die illius productionis, in actis notarij factæ currere incipiunt: quia per hanc reproductionem uerè probatur uoluntas creditoris diſdicentis de no-
4 lendo ulterius ſocietatem continuare. Actus productionis diſdictæ alio etiam modo notatur; uidelicet. D. N. reproduxit. Et in hunc caſum quindecim dies currere uidentur à die intimationis, per curſorem factæ: quia in ipſa intimatione diſdictæ beneplacitum reuocatur; & ſatis eſt, quòd in actis appareat de reuocatione ipſa ad effectum executionis inſtrumenti. Poteſt enim diſdicta, & beneplaciti reuocatio fieri præſente officiali coram notario in actis, uel etiam coram teſtibus; de qua conſtare debet in actis, antequam ad inſtru-

5 menti exequutionem contra debitores obligatos deueniatur. Sed quoniam ex eiuſmodi diſdictæ à die intimationis productione,& admiſsione fraudibus creditorum,utile,& fructus abſque aliquo pecunias amittendi periculo quærentium,ampla patebat uia: retinebant enim illas penes ſe ipſos per menſes,& annos,easq; quandocunq;producebant; & ſic periculo pecunias amittendi neutiquam ſuberant; & nonnunquam neceſsitate coacti fructus contra conſcientiam recipiebant; benè, ac ſanctè Pius eius nominis Quintus fe. me., more pij paſtoris eorum animabus conſulendo diſdictas huiuſmodi non afficere, niſi à die illarum productionis uoluit, & mandauit. Et ità hodiè in uſu,& practica obſeruatur.

De diſſolutione ſocietatis. Cap. XVII.

1 *Referentur plures modi diſſoluendi ſocietatem.*

2 *Si totum officium non vacat, ſocietas non diſſoluitur.*

3 *Per ſolutionem partis ſortis principalis, ſocietas non uidetur in totum diſſoluta.*

1 NOTANDUM eſt,præter proximè relatum modum, pluribus alijs modis ſocietatem diſſolui. Diſſoluitur aliquoties de mutuo contrahentium conſenſu, nonnunquam per mortem unius ex ſociis,dantis ſcilicet,uel accipientis pecunias, interdum uerò per uenditionem officij, ſuper quo contracta fuit: & in unoquoq; ex dictis caſibus, quindecim diebus diſdictæ non expletis, nec expectatis poteſt ad repetitionem ſortis principalis procedi; dummodo accepti ferantur fructus anticipatè ſoluti, & nondum decurſi: excepto tamen,quod per mortem

2 dantis pecuniæ ſuperlucratæ non fuiſſent. Aduerte tamen,ea, quæ ſupra de diſſolutione ſocietatis per officij uēditionem diximus,procedere in officijs in totum uacantibus; ſecus autem in officiis in totum non uacantibus, cuiuſmodi ſunt notariorum Rotæ, Auditoris Cameræ,& alia ſimilia officia; per quorum uenditionem, dummodo tamen ſcripturarum dominium penes uenditorem remaneat; ſocietas non diſſoluitur, cum totum officium non ſit alienatum: & dummodo etiam ſcripturæ remanentes ſint redditus ſufficientis,&

3 capacis ſocietatis,quæ ſuper toto officio contracta fuerat.Fuit etiam aliquando per acutos, & doctos uiros deductus alius diſſolutionis

ſocie-

ſocietatis modus; per ſolutiunem ſcilicet partis ſortis principalis ſocietatem tacitè diſſolutam cenſeri: quia per partis ſolutionem ſocius videtur animo ſocietatem diſſoluendi ſoluiſſe, per talem enim ſolutionem uniuerſum debitum agnouiſſe uidetur, & conſequenter in totum cogi,& conueniri poſſe. Attamen his minimè obſiſtentibus modus hic ſocietatem diſſoluendi non uidetur poſſe ſuſtineri: quia ſicut expreſſo conſenſu contrahitur, pari modo diſtrahi debet: & niſi expreſſe declaretur ab utroque fuiſſe propterea ſocietatem diſſolutam, illam firmam remanere pro reſiduo cum omnibus ſuis qualitatibus dici poſſe exiſtimo.

De caſibus mortis, in ſocietatibus exceptis. Cap. XXIII.

1 *Excipitur aliquoties caſus peſtis, quando de illa dubitatur.*
2 *Si creditor peſtē fugiēs itineris icōmodo mortē obierit, an pecunias amittat.*
3 *Excipitur etiam caſus partus, & prægnantiæ.*
4 *Excipitur pariter caſus mortis ſupueniētis ex morbo, à prægnātia cauſato.*
5 *Caſus morientis in bello etiam excipitur.*
6 *Non excipitur caſus obitus illius, qui natando ſubmergatur.*
7 *Pari ratione non excipitur mors hominis à tegula à uento deiecta occiſi.*
8 *Si homo intus domum, igne caſu accenſam, & ardentem comburatur, hic modus eadem ratione non excipitur.*

IN SOCIETATIBVS plures caſus mortis excipiūtur, ut ſuperius in inſtrumenti ſocietatis formula declarauimus; plures quoque inconſiderati eueniunt, ſuper qui-
1 bus non paucæ oriuntur difficultates. Excipitnr caſus peſtis, quando aliqua eſt de illa dubitatio; & poni ſolent per notarium
2 in contractu hæc uerba: Excepta etiam peſte, aut peſtis cauſa. Sed ſi ad peſtem, in loco habitationis creditoris ualde urgentem, creditor, alienam petens patriam magnis itineribus,& imbribus, aut actu fatigatus intereat; an cauſa peſtis dicatur, ita quòd pecuniæ non amittantur iuriſconſultorum iudicio remitto: quia nō hanc aſſumpſi pro
3 uinciam. Excipitur etiam per uerba expreſſa, à notario poſita, quando pecuniæ ſuper periculo uitæ mulieris ponuntur; caſus partus, uel ex cauſa partus, ſiue prægnantiæ: in quo caſu plures naſcuntur diffi
4 cultates. Et pluries fuit reſolutum, quòd licet in ipſo partus actu mu

lier non moriatur, & licet etiam ex prægnantia conualeſcat; tamen ſuperueniente aliqua febri, ex dicta prægnantia cauſata; ſi de hoc per ualde peritorum phyſicorum fidem conſtet; pecuniæ non amittuntur: idque non ſemel fuit in tribunali Auditoris Cameræ deciſum.

5 Poſſet etiam dubitari utrum amiſſæ cenſeantur pecuniæ, ſuper periculo alicuius, qui in publico, & generali bello decedat, poſitæ; & uidi caſum iſtum acutiſsimè diſputatum. Quidam capitaneus Lucius Romanus, ad bellum in Galliam profectus, certas habebat ſuper eius uitæ periculo pecunias; & dum ciuitatem, Potiers nuncupatam, ab hoſtibus obſeſſam cuſtodiret, per rimulamq; arcis, ſeu feritoriam inimicos, quid ſibi pararent cerneret, archibuſij ictu in fronte percuſſus occubuit. Super hoc ortum fuit dubium, quod acriter diſputatum fuit, inter dicti capitanei hæredes, & debitores illuſtres, & ualde potentes: pro quorum parte deducebatur cauſa ceſſationis ſuſpitionis operæ, ſeu doli alicuius intereſſe habentis: ad hoc enim potiſſimum clauſulam hanc appoſitam eſſe uidetur; ad hoc inquam, ne quis pecunias recipiens, auiditate illas ſuperlucrandi ductus creditoris mortem procuraret. Demum pecunias amiſſas non fuiſſe deciſum fuit, ratione, ut opinor, uerborum, in ſocietate appoſitorum, vel

6 alias utcunque ab homine uiolenter inflicta. Dubitaret forſan aliquis, an amitterentur pecuniæ, quæ ſuberant periculo uitæ alicuius, qui animi gratia natando in flumine ab aquis rapidis, & uiolẽtibus obruatur; & dicerem in hunc euentum amitti; ut fuit aliàs deciſum;

7 eadem ratione ceſſat namq; hominis miniſterium. Si mota à uento tegula prætereuntem hominem cadens occiderit, ſimili ratione pecunias amitti dicendũ uidetur: id etenim abſque hominis induſtria

8 euenit. Si igne intus domum accenſam quis moriatur, pari ratione pecunias amitti uidetur declarandum: niſi ab homine voluntariè, uel etiam accidentaliter flamma accenſa fuerit. Caſus prænominati pluries in tribunali Auditoris Cameræ acciderunt, & ut ſupra diximus deciſi fuerunt.

De caſu obitus hominis, qui poſt lethale acceptum uulnus mortem ſibi conſciuit. Cap. XIX.

Omittendũ non cenſui caſum memoria, & notatione dignum. Anno à Chriſto nato 1575. dum eſſem arrendatarius officij quõdam d. Fabritij Galetti Auditoris Cameræ notarij acceſsi

ad

ad caſale Palidori, aliàs per dd. Iulium Boſcum, & Paulum Gauottum ab Ill. d. Carolo Muto conductum; in qua conductione d. Fabritius pro quarta parte particeps erat, cuius occaſione inter partes ipſas orta fuit lis, & differentia. Et cum ibidem inter Baptiſtam, dictorum Boſchi, & Gauotti miniſtrum, & dicti d. Fabritij famulos ad rixā deuentum eſſet prænominatus d. Fabritius archibuſio percuſſus, una cum uno ex eius famulis à corporeo carcere euolauit, & in eadē rixa lethaliter, ut à chyrurgo referebatur, ictu quoq; archibuſij Baptiſta ſupraſcriptus uulneratus remanſit; ſuper cuius uitæ periculo quidā Rocchus Godinus ſcuta tricēta in ſocietatem habebat. Cumq; ſic uulneratus in cubiculo domus dicti caſalis ſub exequutorū cuſtodia detineretur, ſe à feneſtra dicti cubiculi ſpōte, & animo deliberato, ac nullo penitus hoīs miniſterio interueniente proiecit, & ſtatim occubuit. Fuit ſubinde mota lis ex Baptiſtæ filiorū, & hrdū parte aduerſus Rocchum ſuper pecuniarū prædictarum reſtitutione coram bo. me. Vincentio Fuſcherio, & ſucceſsiue Cæſare Lucatello. Rocchus pecunias per mortem Baptiſtæ, ſuper cuius periculo erant poſitæ, ſuperlucratas fuiſſe allegabat, & propterea inſtrumentum ſocietatis caſſari inſtabat. Replicabant hæredes pecunias ſuperlucratas non fuiſſe per mortem eorum patris ad illarum reſtitutioni locum eſſe, quia quāuis ex dicta proiectione pater deceſsiſſet, tamen fuerat à principio non unico archibuſij ictu lethaliter uulneratus, & magna una, ac quamplures paruæ pilæ plumbeæ in eius corpore remanſerant; & de hoc chyrurgus teſtimonium dicebat; quodque cauſa eius mortis principalis fuerat dictū uulnus, ab homine illatum; & quòd hæc cauſa, tanquàm principalis attendi debebat, non autem proiectio illa, quæ acceſſoria eſſe dicebatur. His allegatis non obſtantibus, ſi cōſtat ex proceſſu Baptiſtam ex proiectione à feneſtra abſque hominis ope obijſſe pecunias per Rocchum ſuperlucratas eſſe dicendum arbitrarer: qa proiectio fuit cauſa proximior mortis, q̄ magis eſt attendēda.

An agens ad pecuniarum ſocietatis conſequutionem illum, in cuius uitæ periculum ſunt, ſuperſtitem tem eſſe docere teneatur. Cap. XX.

Contrahitur nō raro ſocietas ſu p vita pſonæ Vrbē extra degētis, ut puta Florētię, Venetiis, uel aliis ēt lōginquioribus partibus. Qua finita ſi d'bitor ante pecuniarū reſtitutionē ſe de exiſtētia, & ſu-

& ſuperuiuentia perſonæ huiuſmodi abſentis certiorem fieri petit; & niſi id fiat pecunias reſtituere recuſat: dicitq; ad illarum ſolutionẽ non teneri, niſi ſaltem data cautione de faciendo venire fidem ſuperuiuentiæ prædictæ perſonę, & de reſtituendo pecunias in euentum illius mortis; eius dictum non attenditur, ſed ad vlteriorem exequutionem his minimè obſiſtentibus proceditur. Hac (vt opinor) ratione. Quia recipiens pecunias debebat à principio ſe certiorẽ reddi facere de perſona illa, ſuper cuius periculo inita eſt ſocietas, & ideo illi imputandum eſt; præſumptio enim eſt contra ipſum: quia ex generali iuris regula illius exiſtentia, & ſuperuiuentia præſumitur. Verum nihilominus eſt, quòd iudex ex vrbanitate quadam potiùs, quàm iuris debita diſpoſitione non petitam ſatisdationem, ſed tantum iuratoriam cautionem pro partis indemnitate dari per agẽtem mandat.

De perdito, aut in actis non redacto originali ſocietatis instrumento, an & quomodo procedatur. Cap. XXI.

1 *Vigore fidei, ſeu memoriæ ſocietatis non proceditur niſi contra officialem, qui eam ſubſcripſit.*

2 *Si fides eſt ſubſcripta à principali notario, poteſt contra omnes obligatos procedi.*

3 *Quando notarius teneatur ſoluere creditori de ſuo.*

1 SI aliquando euenerit, vt ſæpe euenit, ſubſtitutorum negligentia, aut incuria ſocietatum inſtrumenta deperdi, aut in actis non redigi, vigore fidei, ſeu memoriæ ab officiali ſubſcriptæ; de qua ſupra meminimus, non poteſt contra aliũ, quàm contra officialem, qui illam ſubſcripſit, facta prius manus, & ſubſcriptio-
2 nis illius recognitione procedi. Si verò fides à Notario principali, officij domino, non autem à ſubſtitutis, uel ſcribis ſubſcripta fuerit,
3 contra omnes in ſocietate obligatos procedi poterit. Et Notarius, dominus officij rõne fidei approbationis ſui ſubſtituti, facta prius diligentia per creditorem contra officialem, non ſine moleſtiis, & demum ſolutione tranſibit: incongruum enim eſt quem ſub publica fide decipi.

De

De ſocietatibus, ſuper officio vltra medietatem pretij ære alieno grauato contrahendis. Cap. XXII.

1 *Ex conſtitutione Pauli IIII. non ſubſiſtebant ſocietates initæ ſuper officijs quando æs alienum ſuper illis contractum pretij illorum medietatem excedebat.*

2 *Hodie contrario utimur.*

1 EX conſtitutionis fe: re: Pauli iiij forma ſtatutum fuit ſocietates non recipi ſuper officijs officialium; qui illa ultra eorum meditatem ære alieno grauata, hypothecata, uel plures ſocietates ſuper ijs proprio, uel aliorum commodo contractas haberent. Sed nihilominus contrario uſu receptum eſt recipi infinitas ſocietates ſuper officis ære alieno quater, & quinquies ultra totum pretium oneratis, & hypothecatis; præterea multi ſunt officiales, quos conductitios appellare quodammodo poſſumus, qui pacta certa mercede ſocietates, etiam mille, in dies ſingulos, ſi tot occurrerent coeundæ, aliorum, & præſertim forenſium, & in curia amicis officialibus carentium coeunt: licet non deſint aliqui ſcrupuloſi, qui eorum pecunias ſuper hiſce officiis dare negāt.

De ſolutione fructuum ſocietatis. Cap. XXIII.

1 *Fructus ſocietatis debentur ad rationem duodecim pro centenario per annum, & nonnunquam ad minorem.*

2 *Olim etiam poſt ſocietatis finem ad eandem rationem debebantur.*

3 *Hodie ſocietate finita ceſſat ſolutio fructuum.*

4 *Si ex parte creditoris expeditur mandatum pro credito conſequendo, debentur fructus ad rationem ſeptem in ſingula centenaria, & annos.*

5 *Debitor in mora conſtitutus cogitur ad ſolutionem fructuum ratione damni emergentis.*

6 *Moriente officiali, uel officium uendente fructus ultra ſeptem pro centenario non ſoluuntur.*

7 *Hodie fructus exacti, poſt diſſolutam ſocietatem decurſi, cum ſorte compenſantur.*

8 *Non factis diligentijs nulli ſoluuntur fructus.*

1 EX forma contractus ſocietatis fructus illius ad rationē
duodecim pro quolibet centenario,& anno,& aliquan-
do ad minorem, nunquàm tamen maiorem ſummam
2 conueniuntur,& debentur. Et antiquitus etiam diſdi-
cta, ſeu diſſoluta ſocietate ſemper ad rationem conuentam ſolueban
3 tur. Modo autem obſeruatur, quod periculo uitæ ceſſante, etiam
fructuum ſolutio ceſſet, non ſecus ac ſi ſocietas ad ſimplex mutuum
4 redigeretur. Sed ſi pro creditoris parte pro ſuis pecuniis conſequen
dis, ac recuperandis diligentiæ fiant non ſolum citationibus, ſed
etiam mandato expedito fructus ad rationem ſeptem pro quolibet
centenario, & anno ſoluuntur, vt infra expreſsius ſuo loco dicetur.
5 Sed ſi creditor pecunijs indiget, nec eas à debitore, in ſolutione diu-
turnam nimis moram faciente recuperare poteſt; præuiaq; notifica-
tione indigentiæ eiuſmodi debitori facta, eoq; in mora conſtituto, ac
præmiſſa proteſtatione citato debitore debite facta, & per iudicem
admiſſa de illas ad ſocietatem, ac aliud quodcunque licitum intereſ-
ſe recipiendo; illas poſt moram debitoris ſic actu recipiat iudex om-
nes fructus, ſeu aliud intereſſe, quod creditorem ex nouo contractu
pati cõtingat, ratione damni emergentis, præuia illius verificatione,
6 etiam exequutiuè procedendo ſolui mandabit. Durante ſocietate
ſi officialis uendiderit officium hodie fructus, niſi ad dictam ſeptem
in ſingula centenaria, & annos rationem ſolui non conſueuere.
7 Quando à creditore poſt diſſolutam per officij uenditionem, uel of-
ficialis mortem ſocietatem fructus ad rationem in inſtrumento con-
uentam exacti fuerint, reſtituendi ueniunt, ſeu compenſandi, ad
prædictam ſeptem pro centenario, & forſan ad minorem ſummam
iudicis arbitrio, habita temporis, & perſonarum ratione. Et hæc lo-
cum habent etiam ſi officij uenditionem, uel officialis obitum cre-
8 ditor prorſus ignorauerit. Nullis autem diligentiis pro recuperà-
tione factis à creditore, uel etiam factis aliquibus, non tamen expe-
dito cum effectu mandato, & procurato de illud exequendo in omni
bus ſuperius expreſsis caſibus nulli ei ſoluuntur fructus. Limita ta-
men hoc, quod hæc procedunt quando uerificatur creditorem uen-
ditionis officij, uel officialis obitus ſcientiam habuiſſe. Secus ſi cre-
ditor omnino ignorauerit: quia in hunc euentum illi ſoluuntur ad
rationem ſeptem, uel minorem præuia iudicis taxatione; ut ſupra me
minimus. De ſocietatibus hæc dixiſſe uolui, latius fortaſſe quàm
onus ſuſceptum requirit; cum hæc omnia in practica potius, quàm

in iure conſiſtant,& legiſlatoribus, iuriſq; peritis hic contrahendi modus non innotuerit.

De cenſibus. Cap. XXIIII.

1 *Quid ſit cenſus, & quare inuentus.*
2 *Quare Pius V. nouum creandi cenſus modum ediderit.*
3 *Quomodo cenſus huiuſmodi imponantur.*

1 CENSVS, eſt onus quoddam, & ſeruitus, quæ à dominis ſuper liberis fundis imponitur, perpetua de ſui natura. Recenſu,illiusq; differentiis, & qualitatibus multi tractarunt, nec meum eſt in hoc compendioſo tractatu, ac praxis cauſarum agendarum norma aliud quàm de illius forma, & inſtrumentorum exequutione pauca dicere. Fuit cenſus negotiantium in curia uſui & commoditati adaptatus, ut pecunias neceſsitate urgente tuta conſcientia, & permittente ſede Apoſtolica recipere valerent. Verum quia poſt traditam à Mar-
2 tino Papa Quinto formam, creſcente ſupra quàm dici poſsit hominum malitia, plura illicita pacta, & conditiones in graue pauperum detrimentum creuerant Pius eius nominis Quintus Pontifex maximus, imò piiſsimus, atq. clementiſsimus, ut hos abuſus tolleret per eius conſtitutionem ſub Datum Romæ apud ſanctum Petrum Quartodecimo Cal. Februar. anni 1568 editam, cenſus ipſos ad certam limitatam formam redegit,& inter alia in ea decreuit,quòd nullus deinceps cenſus creari,& conſtitui poſſet, niſi in actu ſtipulationis contractus prompta & præſens interueniret pecunia. Præterea; quòd creetur ſuper fundo ſtabili,& de ſui natura fructifero,ac oneris cenſus idoneo,& capace. Ad hæc;quòd cenſus ſolutio poſtpoſita,hoc eſt in fine ſemeſtris fiat; antiquo anticipatæ ſolutionis modo ſublato. Inſuper quòd ementes cenſus oneribus,& euentibus fundi pro eorum cenſus rata parte ſubiaceant. Conſtituit quoque, quòd liceret uenditoribus quandocunque, etiam poſt quantumuis longiſsimi temporis lapſum cenſus pro pari pretio redimere,& aliàs ut in dicta cõſtitutione expreſsius apparet. Et quoniam huiuſmodi contractus formula per hanc conſtitutionem adeo innouata fuit, ut in innumeris ab antiquiori-

bus differat; formulam, qua poſt editam conſtitutionem præfatam utimur, magis cautam quàm potui, inferius locare non inutile fore ſum arbitratus.

De inſtrumenti cenſuum poſt editam à Pio V. de illis creabdis conſtitutionem forma. Cap. XXV.

1 *Formula inſtrumenti cenſus.*
2 *Solutio pretij in promptu.*
3 *Solutio cenſuum finito ſemeſtri.*
4 *Donatio ſi cenſus maiori ualeret pretio.*
5 *Promiſſio venditoris erga emptorem de euictione.*
6 *Pactum quòd eueniente lite ad intimationem illius ſolenniter faciendam non teneatur.*
7 *Pactum de retrouendendo.*
8 *Conformatio cum conſtitutione Pij V. & pactum, quòd iuxta illius tenorem totus redigatur contractus.*
9 *Promiſſio faciendi accedere fideiuſſores.*

1 D. Auguſtinus N. ſponte &c. in & ſuper eius caſali, P. nuncupato, ſito in territorio Vrbis, in partibus Latij, cui caſale N. prædium C. territorium caſtris S. & caſale M. circumcirca caſale ipſum conſiſtentia cohærent pro confinibus; ſaluis aliis, ſi qui ſint plures, aut ueriores confines; & dicti caſalis fructibus, redditibus, prouentibus, & pertinentiis uniuerſis conſtituit, creauit, & impoſuit annuum cenſum ſcutorum octuaginta monetæ, iuliorum decem pro quolibet ſcuto. Quem cenſum, ita creatum, conſtitutum, & impoſitum uendidit, ac titulo perfectæ uenditionis dedit, ceſsit, aſsignauit, & tranſtulit magnifico admodũ, & nobili uiro Valerio Vipereſco à Corneto præſenti, ementi, & ſtipulanti pro ſe ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; Ad habendum &c. Transferens idem uenditor ſuper eodem cenſu dicto emptori omnia iura, omneſq; actiones &c. Ponens &c. Conſtituens &c. Hanc autem annui cenſus creationem, conſtitutionem, & uenditionem ac omnia, & ſingula in hoc inſtrumento contenta d. Auguſtinus fecit, & facit

erga

2 erga d. Valerium pro pretio ſcutorum mille ſimilium; quæ ſcuta in prompta, & numerata pecunia argentea in mei notarij, teſtiumq; infraſcriptorum præſentia à d. Valerio præſente, ac realiter, & cum effectu, ſoluere, habuit, recepit, & ad ſe traxit, de quibus ſic acceptis pro integro, & iuſto dicti cenſus pretio ſe contentum, & ſibi ſatisfactum eſſe uocauit: & eundem emptorem quietauit, abſoluit, & penitus liberauit: renunciando quibuſcunq; exceptionibus: cum pa
3 cto de nunquàm amplius petendo. Quem cenſum annuum promiſit ſoluere prædicto emptori præſenti, &, ut præfertur, ſtipulanti de ſemeſtri in ſemeſtre, & in fine cuiuſlibet ſemeſtris proportionabiliter, & pro rata in ſimili bona & currenti moneta hic Romæ libere &c. aliàs ad damna omnia, & intereſſe &c. teneri uoluit, de
4 quibus &c. Et ſi plus dicto pretio cenſus prædictus ualeret, ſeu ualere poſſet; totum illud plus condonauit, & remiſit irreuocabiliter d. emptori: quia ſic ex liberalitate ſua ſibi facere placuit, & pla
5 cet. Et promiſit d. Auguſtinus uenditor dictum caſale ad ſe ſpectare, & pertinere pleno iure dominij, uel quaſi, & de ſui natura fructiferum eſſe, & capax dicti annui cenſus, & etiam maioris. Et eſſe liberum, & exemptum ab omni alio cenſu, canone, reſponſione, liuello, ac ab omni, & quocunque fideicommiſſo purificato, & purificando, ſeu euentuali, & quibuſcunque aliis oneribus, impedientibus huius annui cenſus impoſitionem, uel quæ dicto emptori obſtare, & præiudicare poſsint. Et non fuiſſe alicui uenditum, datum, donatum, permutatum, diſtractum, aut aliàs utcunque alienatum; alienationis etiam largiſsimè ſumpto uocabulo: nec in totum, uel in parte quicquam factum fuiſſe, quòd aliquo modo reſpectu prioritatis, uel potioritatis, hypothecæ, aut aliàs in toto, uel in parte poſsit eſſe in præiudicium huius contractus, & dicti emptoris, & quòd nihil fiet in futurum. Et promiſit etiam hanc cenſus impoſitionem, & uenditionem eſſe benè, & ualidè factas; & in eas tanquàm tales facere conſentire omnes perſonas &c. ius habentes, aut habere parentes in & ſuper dicto caſali, & cenſu ad omnem ſimplicem, etiam extraiudicialem requiſitionem, aut interpellationem, per d. emptorem, aut eius hæredes, & ſucceſſores, vel cauſam, & ius ab eo habentes faciendam. Præterea ſuſcipere in ſe omnem litem, cauſam, controuerſiam, & moleſtiam in omni iudicio, petitorio, & poſſeſſorio, & in quacunque inſtantia, & parte iudicij, ſi quæ moueantur ſuper dicto annuo cenſu,

ſeu caſali, & ſuſceptas proſequi, & terminare cum ſuis procuratoribus, aduocatis, atq; impenſis, abſq; cura, interuentu, labore, & impenſa d. emptoris, eiusq; ſucceſſorum. Amplius promiſit eundem emptorem, eiusq; ſucceſſores in dicto annuo cenſu, illiusq; pacifica perceptione conſeruare, & ſemper defendere, & liberare ab omni lite, cauſa, controuerſia, moleſtia, & moleſtante perſona. Aliàs teneri uoluit, & ſe obligauit ad omnem euictionem generalem, & particularem dicti cenſus annui in forma iuris ualida, & in Vrbe conſueta, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & quouis eorum inſolidum erga d. emptorem, & ad omnia damna, impenſas, & intereſſe, ſi quæ dictus emptor, uel ſui hæredes, & ſucceſſores ob dictas lites, moleſtias, uel euictionem paterentur. Ita quòd ſub prætextu, quòd per incuriam, iniuſtitiam, nullitatem, aut imprudentiam iudicantium talis euictio ſequuta fuerit, uenditor prædictus, illiusq; in poſterum hæredes, & ſucceſſores quicunque nullo modo ualeant ſe excuſare uel tueri.
6 Côuenerunt inſuper iidem contrahentes, quòd in omnibus, & ſingulis præmiſsis, & in præſenti inſtrumento contentis dictus d. emptor non teneatur ad aliquam ſolennem intimationem litis faciendam; ſed quæcunque ſimplex notificatio, etiam extraiudicialis, & ſine aliqua ſolennitate, & forma iuris, ſiue ſtatutorum adhibita ſeruata, uel non ſeruata ipſi uenditori, uel alicui ex infra dicendis fideiuſſoribus, aut alicuius hæredibus, & ſucceſſoribus facta ſufficiat; abſque ulla penitus notificatione, per d. emptorem, ſuosq; hæredes, & ſucceſſores quo modolibet in futurum in iudicio, uel extra faciendam: quia ſic actum &c. Item conſenſit uenditor, & ita conuenit; quòd ſi, & quotieſcunq; ipſe uenditor, eiusq; ſucceſſores, & fideiuſſores ceſſauerint in ſolutione dicti annui cenſus, de ſemeſtre in ſemeſtre ut ſupra facienda, tunc ſit in arbitrio, & liceat eidē emptori, eiusq; ſucceſſoribus agere, & experiri pro cōſequēdis terminis dicti annui cenſus, tā contra dictum uenditorem & fideiuſſores inſolidum, eorumq; hæredes, quàm contra conductores, colonos, ac omnes, & ſingulos dictum dictum caſale P. pro tempore tenentes, & quoſcunque ipſius uenditoris debitores ex quauis cauſa, præſentes, & futuros: ita tamen quòd una uia electa ex parte d. emptoris, & ſuorum nunquàm emptori, & ſuis præiudicetur, quin ad alteram redire poſſint, uel utraq; eodē tēpore experiri, ut ſatisfactionē cōſequātur. Quinimo liceat etiam emptori, & ſuis uariare ſemper uſque ad conſe-

quutio-

quutionem terminorum decurſorum, & non ſolutorum. Ad quæ præmiſſa peragendum idem uenditor conſtituit, & fecit d. emptorem, eiusq; ſucceſſores procuratores irreuocabiles, ut in rem propriam cum iuramento: cum facultate omnes, & quoſcunque opus erit quietandi de pecuniis exigendis pro concurrenti ſumma cenſuum decurſorum, etiam iura, & actiones in fauorem ſoluentium transferendi, & cum clauſulis ad lites, facultate ſubſtituendi, & aliis clauſulis, & facultatibus, in ſimilibus mandatis poni ſolitis,
7 & quomodolibet opportunis. Declarantes ulterius, & conuenientes prædicti contrahentes; quod liceat dicto uenditori, ſuisq; hæredibus & ſucceſſoribus, ac etiam fideiuſſoribus infraſcriptis, & eorum cuilibet inſolidum ſemper, & quandocunque uoluerint in perpetuum, etiam non obſtante longiſsimi temporis centum, & plurium annorum præſcriptione dictum cenſum ſcutorum octuaginta pro eodem pretio ſcutorum mille, in numerata pecunia, hic Romæ liberè, & in ſimili ſpecie, una cum cẽſibus, in illum uſque diem decurſis, & non ſolutis reſtituto redimere, & extinguere, & dictus d. emptor, ſuiq; hæredes, & ſucceſſores retrouẽdere teneantur; præcedente tamen intimatione, ſeu denunciatione per duos menſes ante redemptionem ex parte uenditoris faciendam iuxta formam conſtitutionis fe: re: Pij papæ Quinti de modo creandi cenſus, promulgatæ ſub Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno in-
8 carnationis Dominicæ 1568. xiiij. Cal. Februar. Et denique contrahentis uoluerunt, & conuenerunt ſeruari debere hinc inde omnes conditiones, & requiſita dictæ conſtitutionis, & omnia quæ conſtitutio huiuſmodi requirit pro appoſitis haberi. Sed quatenus ex præmiſsis, uel infra dicendis ab ipſa conſtitutione omittendo, uel faciendo quouis modo receſſum fore dici, aut dubitari poſsit, declararunt, & conuenerunt, etiã ad tollendum penitus omne dubium, & pro ualiditate cõtractus haberi pro appoſitis omnia, quę apponẽda sũt, & ꝓ nõ appoſitis nõ apponẽda. Redigẽtes totũ contractum, & contenta in eo ad uerum ſenſum, & diſpoſitionem dictę conſtitutionis: quia contrahentium intentio fuit, & eſt in omni clauſula, & parte huius contractus cum eadem conſtitutio-
9 ne ſe conformandi, & ſic, & non alio modo contraxerunt. Poſtremo ut dicto emptori magis cautum ſit, promiſit d. Auguſtinus uenditor huiuſmodi impoſitioni, creationi, & uẽditioni annui cenſus tam pro illius ſolutione de ſemeſtri in ſemeſtre ut ſupra facienda

in

in perpetuum durante cenſu conſenſu præſtando, lite, & cauſa una cunque ſuſcipienda, & proſequenda, ualiditate huius impoſitionis & uenditionis cenſus, & pro quacunque euictione in omni iudicio petitorio, & poſſeſſorio inſolidum; quam pro omnibus, & ſingulis in præſenti inſtrumento contentis uti principales, principaliter, & inſolidum acceſſuros d. d. N., & N.; quos, ita acceſſuros, & promiſſuros abſentes me notario &c. ſtipulante promiſit releuare indemnes, & penitus ſine damno conſeruare: ita quòd nullum propterea damnum, aut moleſtiam patientur. Alias ad omnia damna &c. teneri uoluit; de quibus &c. Quibus quidem fideiuſſoribus, aut eorum aliquo morientibus, ab Vrbe recedentibus, aut eorum conditionem deteriorantibus promiſit dare alium, ſeu alios æquè idoneos eorum, & cuiuſlibet eorum loco infra quindecim dies, à tali euentu proximos liberè &c. Aliàs; ultra præmiſſorum obſeruationē; ad omnia damna &c. teneri uoluit. Pro quibus &c. obſeruandis &c. Extēde obligationem in forma Cameræ in forma. Poterunt quandocunque poſt ſupraſcripti cōtractus ſtipulationē accedere; qui à notario de contractu præfato, ac contentis in eo quibuſcunque certiores reddentur. Hæc de cenſibus dicta ſufficiant. Iam de exequutione Cameralium obligationum antiquarum, poſt editam à Pio Quinto reformationem.

De antiquarum Cameralium obligationum, poſt editam à Pio V. tribunalis Auditoris Cameræ reformationem exequutionem. Cap. XXVI.

1 *Nulla prauia ad partes citatione ad exequutionem inſtrumentorū, ante Pij V. reformationem extra curiam celebratorum proceditur.*

2 *Si mutata eſt debitoris, uel creditoris perſona, omni modo citatio exequutionem præcedit.*

3 *Hæc citatio, etiam dimiſſa copia domi hædum exequuta afficit.*

4 *Ad exequutionem inſtrumentorum Romæ ante Pij V. reformationem confectorum quo pacto procedatur.*

QVIA tempore ſupracitatæ reformationis tribunalis Auditoris Cameræ à Pio Quinto editæ multa ſecundùm priorem formam tam in Vrbe, quàm extra reperiebantur celebrata inſtrumenta, dubium, quo-
1 modo in illis procedendum eſſet oriebatur. Demum ex congre-

Quia

gationis dd. reformatorum uoto ſtatutum fuit; quòd ad exequutionem inſtrumentorum, Camerali obligatione antiquitus, & ante editam reformationem prædictam uſitata munitorum, extra curiam, priuſquàm iam dicta reformatio promulgata fuiſſet celebratorum, procederetur nulla præcedente ad partes citationem, ut ante reformationis huiuſmodi promulgationem conſueuerat.
2 Secus quando eſſent mutatæ perſonæ ex parte creditoris, uel debitoris, eo enim caſu decreuerunt citationem ad partes requiri; &,
3 antea etiam requirebatur. Quæ citatio dimiſſa copia domi hæredum ui priuilegij cameralis obligationis ualidè, & legitimè exequi
4 poteſt. Ad exequutionem autem obligationum cameralium, adiectarum inſtrumentis ante dictæ reformationis editionem in curia Romana confectis, ſeruata antiquarum citationum, & proceſſus forma procedi debere ſtatuerunt. Hoc tamen excepto; quòd loco excommunicationis, & cenſurarum relaxantur mandata exequutiua, debitore ad confitendum debitum, & uidendum decerni mandatum exequutiuum, & ſucceſsiue, ac iterum ad uidendum relaxare mandatum exequutiuum in confeſsione debiti decretum citato. Et ubi in cenſurarum fulminatione requirebatur citatio ad uidendum fulminari, & relaxari cenſuras in obligatione ſuſceptas quæ per iudicem ſub decreto niſi per totam relaxabantur; uoluerunt citari ad uidendum relaxari mandatum loco cenſurarum in obligatione ſuſceptarum: quòd relaxatur niſi ad primam diē cū intimatione. Hactenus de antiquis. Ad nouas obligationes uenio.

De modo procedendi ad exequutionem inſtrumentorum, quæ poſt Pij Quinti reformationem ſub camerali obligatione, abſq; procuratoris conſtitutione, mandatiq; ſuſceptionem in tribunali auditoris Cameræ recepta ſunt. Cap. XXVII.

1 *Citatio prima.*
2 *Decretum, quod fit ui huius citationis.*
3 *Hoc decretum eſt diffinitiuum.*
4 *Datur ab hoc decreto appellatio deuolutiua.*

Si

5 *Si debitor in contractu appellationi renunciauerit, poteſt appellare obtenta abſolutione à iuramento ad effectum agendi à Vicario.*

6 *Niſi infra tres, intellige dies currentes.*

7 *Secunda citatio.*

8 *Niſi ad primam, intellige diem iuridicam.*

9 *Decretum ſecundæ citationis, quod eſt exequutio ſupradicti primi diffinitiui decreti.*

10 *Ab hoc decreto non licet appellare, & quare.*

11 *Ab hoc decreto appellans debet inſimul committere cauſam reſtitutionis in integrum, quatenus opus ſit.*

12 *Per repoſitionem debitoris non tollitur ſententia lata, ſed ſuſpenditur exequutio relaxata.*

13 *Niſi infra quatuor, uel quinque, intellige dies currentes.*

14 *Oppoſitio facta uerbo in termino dictæ citationis ſecundæ, non obſtat decreto.*

15 *Si oppoſitio fiat poſt ſeruatum citationis terminum, & ſit de impedientibus exequutionem cameralis obligationis admittitur, & quomodo debitor citetur.*

16 *Oppoſitiones huiuſmodi ut plurimum ſunt cauilloſæ.*

17 *Iudex, ſi illi uidebitur has oppoſitiones eſſe ueras, præfigit reo terminum quinque dierum ad probandum.*

18 *In repoſitionibus, & decretis exequutionem minantibus factis in fauorem creditoris requiruntur intimatio.*

19 *Secus in his, quæ rei fauore fiunt.*

20 *Si iudex ſubſtituti incuria creditorem reponat, ſeu mandatum relaxet abſque intimatione poſſet hoc decretum ſuſtineri.*

21 *Quibus caſibus concedatur non grauetur poſt mandati relaxationem, & ſub quibus conditionibus.*

22 *Quomodo poſt factum exequutionem illud concedatur.*

23 *Quo pacto creditor ad mandatum, & exequutionem poſt oppoſitam cauilloſam exceptionem obtineat.*

AD inſtrumentorum, in tribunali Auditoris Cameræ poſt præcitatam Pij Quinti reformationem, ſub obligatione Camerali, abſque tamen procuratoris conſtitutione, & abſque mandati ſuſceptione receptorũ exequutionem modo inferius dicendo proceditur. Citatur ſi qui-
1 dem debitor in primis ſub hac forma. Citetur N. ex aduerto princi-
pi-

cipalis ad confitendum debitum, uel illud mandari haberi pro confeſſato, & contra ipſum decerni mandatum exequutiuum ad primam diem; uel per totam: dummodo tamen citatio perſonaliter fiat: inſtante N. principali, ſiue eius procuratore. N. eſt notarius. Qua citatione perſonaliter, uel domi exequuta: etenim utroque modo afficit: & facta illius relatione per curſorem in actis (quæ relatio de ſtylo ſufficit, quòd fiat per curſoris in pede citationis ſubſcriptionem; abſque eo quòd compareat coram iudice, aut notario ad referendum: licet de eodem ſtylo in manualibus notariorum, & regiſtris extendatur, curſor retulit in iudicio coram d. locumtenente mihi notario &c.) comparet principalis, ſiue procurator, & repetito ſuo inſtrumento cum Camerali obligatione, in actis rogato in partis aduerſæ non comparentis, nec debitum confitentis
2 contumaciam obtinet per iudicem debitum pro confeſſato haberi, & mandatum exequutiuum contra debitorem decerni, niſi in-
3 fra tres dies ſolucrit, aut releuans quid oppoſuerit. Et hoc decre-
4 tum eſt diffinitiuum. Poſſet tamen ab eo debitor appellare, & cauſam appellationis committere, ſi aliquid contra obligationem releuans haberet: & appellatio hæc deuolutiua, & non ſuſpenſiua,
5 & ſine exequutionis retardatione conceditur. Et quamuis in inſtrumento ſub noua forma; ut prænarratum eſt; debitor ſe obligauerit, in qua expreſsè cuicunque appellationi, & reclamationi renunciatur; nihilominus obtenta à Vicario Sanctiſsimi ad effectum agēdi abſolutione; quæ paſsim datur; cauſam appellationis præter quem periurij incurſum committere poterit. Qua non obſtante Auditor Cameræ ad ulteriorem exequutionem procedet ſemper
6 dicendo ſolue, & repete. Elapſis tribus diebus; quos nihil refert
7 iuridicos, aut currentes eſſe. Citatur debitor ad uidendum relaxari mandatum exequutiuum, in confeſsione debiti decretum. Cuius facta relatione comparet creditor coram iudice, & obtinet relaxari mandatum, aliàs in cōfeſsione debiti decretum niſi ad pri-
8 mam diem cum intimatione. Prima hac die, poſt intimationem exequutam elapſa; quam iuridicam eſſe oportet; nihil releuanti
9 per debitorem oppoſito iudex mandatum relaxat. Et huiuſmodi
10 decretum eſt ſupradictæ ſententiæ exequutio. Ab illo non concedi
11 tur appellatio: quia ab exequutione appellare non licet. Sed ſi quis ab hoc decreto appellare, & cauſam appellationis committere uoluerit, erit cautus inſimul cauſam reſtitutionis in integrum, quate

nus opus ſit aduerſus aſſertam ſententiam confeſsionis prætenſi
12 debiti; & illius rem iudicatam committere. Et tametſi in intima
tionis termino iudex debitorem animo melius deliberãdi in eum,
in quo erat ante mandati relaxationis decretum reponat, ut in his
materiis exequutiuis ſæpiſsime contingit, non propterea ſententia
13 lata tollitur, ſed exequutio relaxata duntaxat ſuſpenditur. Concedens aliquando iudex aliquam breuem dilationem creditori ad uerificandum releuans quid, ab eo allegatum, relaxat mandatum nõ
niſi ad primam; ut generatim conſueuit; ſed infra quatuor, quinque uel plures dies. Quos non refert currentes, an iuridicos eſſe.
14 Quando debitor aliquid in termino citationis ad uidendum relaxari mandatum, in confeſsione debiti decretum ſupra poſitæ uerbo ſolum opponit, & nihil in ſcriptis oſtendit; iudex oppoſitione illa, & proteſtatione nõ obſtante facit ſuum decretum ordinarium
15 niſi ad primam diem cum intimatione. Si uero talis proteſtatio poſt factum decretum & intimationem, ante tamen mandati expeditionẽ fiat, admittitur oppoſitio, quatenus ſit cameralis obligationis impeditiua; & neceſſe eſt ob admiſsionẽ huiuſmodi citare debitorem ad docendum de quacunque noua cõuentione ſolutione, & alijs quibuſcunque præiudicialibus allegationibus allegatis forſan, ſeu quas allegare intendat; nec non calculandum, ſi calculare uoluerit, & calculo facto ſoluendum: aliàs uidendum relaxari mandatum exequutiuum, iam decretum, uel quatenus opus ſit denuo decerni, & relaxari. Et in citationis termino comparente creditore iudex facit decretum niſi ad primam diem cum intima-
16 tione. Quia allegationes eiuſmodi ut plurimum ſunt cauilloſæ,
17 & per debitores ſolum ad differendam ſolutionem adductæ. Sed ſi iudici uideatur oppoſitiones eſſe ueras, aut aliquo modo uerisimiles; ita ut probatæ cameralis obligationis exequutionem impedire poſsint; præfigit terminum quinque dierum ad probandum, non per ſpecialem præfixionis actum, ſed faciendo decretum relaxationis mandati ad creditoris petitionem niſi infra quinque. Cum autem ex debitoris parte articuli ad probandum nouam conuentionem, cum creditore factam, ſolutionem, aut liberationem ipſius dati fuerint; iudex illos admittit, & teſtes examinari mandat niſi ad primam diem cum intimatione: ut interim creditor poſsit interrogatoria exhibere, & interpretem conducere. Si uero in ſeruatione termini admiſsionis articulorum creditor debitori terminum

num ad examinandum præfigi inſteterit; iudex arbitrio ſuo termi-
18 num quinque, uel quatuor dierum ſtatuit. In quibuſcunque re-
poſitionibus, & decretis exequutionem minantibus, quæ in fauo-
rem actoris contra reum debitorem fiunt ſemper intimatio re-
19 quiritur, & non aliter iudex illa facere ſolet. Si vero pro parte
debitoris, & in illius fauorem aliqua fiant decreta, ſeu repoſitio-
nes ad impediendam exequutionem, intimatio non requiritur.
20 Sed eueniente caſu; quod poſt repoſitionem ex parte debitoris ob
tentam nulla alia præcedente creditoris repoſitione, neque intima
tione debitori facta iudex mandatum creditori aduerſus debito-
rem concedat; non iccirco de mandati nullitate dici poteſt: nam-
que iudex debitorem animo melius deliberandi repoſuerat, & cum
facto melius deliberauerit abſque aliqua alia repoſitione, uel inti-
matione reo facienda mandatum ualide relaxare potuit. Quam-
quàm hoc nunquam ſeu rarò, niſi forte incuria, ſeu negligentia
21 ſubſtitutorum accidat. Si mandatum relaxatum fuerit; etiam
quòd creditori ſit actu conſignatum; & debitor dicat uelle de ſolu-
tione incontinenti docere, aut alijs illius exequutionem impedien
tibus, uel etiam beneficio termini iuris gaudere uoluerit; iudex ei
non grauetur concedit refectis expenſis mandati relaxati; quæ ex-
penſæ illico creditori conſignantur. Quãdo autem eiuſmodi eſt ex
ceptio, quòd ea ueniat creditor in expenſis condemnandus; conce
22 dit non grauetur facto expenſarum depoſito. Si uigore manda-
ti aduerſus debitorẽ facta fuerit exequutio, & debitor aliquid pro-
bare uoluerit, non admittitur niſi forte de iniquitate mandati, &
creditoris iniuſtitia incontinenti doceret; & niſi prius refectis ex-
penſis, & data cautione in forma depoſiti de ſoluendo ſummam,
23 pro qua fuit facta exequutio ad omne mãdatum d. Auditoris. Fiũt
haud raro exceptiones cauilloſæ, & ſolum ad ſolutionem differen-
dam ſub uarijs confectis prætextibus; & licet hæc relaxationem
mandati, & illius exequutionem impediant; tamen iudex cauilla-
tione cognita, ad ulteriora illis non obſtantibus procedit: facta per
creditorem obligatione de expenſas reficiendo, in euentum proba
tæ conuentionis, uel alterius releuantis exceptionis, ex aduerſo
allegatæ.

De cenſuris, ſeu termino, ad ſoluendum concedendo. Cap. XXVIII.

1 *Terminus ad ſoluendum, cenſuræ antiquitus nuncupatus, quomodo olim concedebatur.*
2 *Poſt Pij Quinti reformationem terminus prædictus cenſurarum nomen amiſit, & quando, ac quomodo concedatur.*
3 *Terminus hic non excedit unquam triginta dies.*
4 *Inter cenſuras, & terminum differentia.*
5 *Horum terminorum ſolus Auditor Cameræ eſt conceſſor priuatiuè quo ad alios iudices.*
6 *Concedit Auditor Cameræ terminum debitoribus, etiam in non ſuo tribunali conuentis.*
7 *Quo pacto reuocet Auditor Cameræ inhibitiones, debitoribus in non ſuo tribunali conuentis per eum conceſſas.*
8 *Debitori niſi expreſſè termino in obligatione renunciauerit, etiam ſi in mandatum exequutiuum conſenſerit, terminus non negatur.*
9 *Elapſa ultima die termini ſuſcepti notarius ad creditoris inſtantiam, abſque alia citatione iudici mandatum expediendum defert.*
10 *Quæ, & qualis poſt termini ſuſceptionem exceptio admittatur.*
11 *Formula ſuſceptionis termini.*
12 *Terminus ſimpliciter, & ſine ulla conditione ſuſcipitur.*

1 ANTE Pij Quinti, ſupra non ſemel citatam reformationem petenti debitori terminus concedi conſueuerat ad ſoluendum cui nomen erat cenſuræ; & erat ſpatium triginta dierum, quòd paſsim debitori cuicunque pro
2 quacunque ſumma concedebatur. Verum poſt editam reformationem non amplius ſpatium hoc cenſurarum, ſed termini nomen obtinuit: qui terminus per iudicem, arbitrio ſuo habita ſummæ de
3 bitæ, & perſonarum qualitatis ratione, uſque ad prædictos triginta
4 dies, non ultra. Inter cenſuras antiquas, & terminum hæc eſt differentia. Cenſurarum uigore in fine ſpatij triginta dierum mandatum exequutiuum concedebatur, & unico contextu cenſuræ, & excommunicatio fulminabantur; ut ſuperius indicauimus. Nunc autem termini uirtute contra debitorem illum ſuſcipientem reuo

lutis

lutis triginta diebus,uel uiginti,uel quindecim,uel etiã decẽ(ſi iu-
dex reſpectu modicæ ſummæ longiorem terminum concedere ne-
gauerit) mandatum exequutiuum tantummodo reale, & perſona
5 le abſque excommunicatione conceditur. Terminum huiuſmodi
concedit ſolus Auditor Cameræ priuatiuè quo ad omnes alios Ro
manæ curiæ iudices: qui terminum ultra decem dies in uim qua-
6 rumcunque facultatum ſuarum concedere nequeunt. Auditor Ca
meræ (quòd aliorum iudicum non eſt) terminum præfatum de-
bitoribus,non ſolum in ſuo,uerum etiam in alio quouis Vrbis tri-
bunali conuentis dat;& illius uigore inhibitiones, exequutionem
quorumuis mandatorum,dicto termino durante impedientes con
cedit: hac tamen conditione; refectis ſcilicet expenſis mandati re-
laxati,& quatenus exequutio facta non fuerit,& dummodo alium
terminum coram iudice,in cuius tribunali fuit conuentus, non ſu
7 ſceperit. Solet aliquando hæc ultima conditio, dummodo alium
terminũ non ſuſceperit omitti; & tũc ſi reuera debitor corã alio iu
dice terminũ ad ſoluendũ,ab eo petitũ obtinuerit;comparet credi-
tor coram Auditore Cameræ, & de ſuſceptione prædicta docet.
Quibus peractis,Auditor inhibitionem ſuam reuocat cum intima
tione:uel (& hoc melius, & magis conſuetum eſt) inhibitionem
ipſam nõ reuocat, niſi debitore citato ad uidendum inhibitionem
reuocari;attento quòd alias terminũ ſuſcepit.Cuius citationis rela
tione facta,decernit niſi ad primã cũ intimatione, uel cũ intimatio
8 ne ſimpliciter arbitrio ſuo. In obligationibus,ante reformationẽ
celebratis, in quibus debitor cenſuras in actu ſtipulationis ſuſcepe
rat terminus hic ad ſoluendum olim non concedebatur: At in o-
bligationibus,poſt reformationem receptis, etiam ſi in illis loco cẽ
ſurarum in mandatum exequutiuum,illiusq; relaxationem cõſen-
ſerit,non negatur:niſi per expreſſa uerba termini ſuſceptioni debi-
tor in inſtrumento renunciauerit. Quia fit eiuſmodi obligatio ra-
tione traditæ formulæ;non autẽ quòd ſe obligans huic iuris benefi
9 cio renunciare uoluerit.Elapſo ultimo die termini cõceſsi nulla re
quiritur contra debitorem ad ſoluendum iuxta formã termini ſuſ-
cepti citatio, ut in aliis tribunalibus conſueuit;ſed ſolum notarius
abſq; alio nouo decreto ad creditoris petitionem mandatum à iu-
10 dice expediri curat. Poſt termini prædicti ſuſceptionem nulla alia
admittitur exceptio,niſi forte ſolutionis, aut alterius exceptionis
exequutionem cameralis obligationis impedientis; quæ per proba

tiones

nes probatas,aut aliàs incontinēti probaretur.Nā quando quis terminū ſuſcipit,debitum expreſſe fatetur,& uerbis expreſsis hęc confeſsio in ſuſceptionis actu extenditur : etenim illam hoc modo
11 in eius actorum libro annotat.N. confitendo debitum, ex aduerſo petitū,per d.locūtenentē admiſſus pro illud ſoluēdo d. N.creditori abſēti,me notario &c.ſtipulāte infra terminū triginta dierū, terminū huiuſmodi ſuſcepit; cōſentiēs relaxationi mādati exequutiui,ſi ī ſolutione defecerit abſq; aliqua citatione præcedēte,& ita iurauit tactis &c.Contingit interdū;quod debitores;prętēdētes aliquā ſibi ipſis exceptionem competere contra inſtrumentum , quæ tamen illius exequutionem retardare nequit ; terminum ſub aliqua conditione, ut pote ſine præiudicio ſuorum iurium, uel metu mandati ſuſcipiunt : ad hoc, ut interim cauſam nullitatis, ſimulationis, reſciſsionis, uel alterius ſimilis exceptionis committendo exequutionem retardent. Abſtineant ſeſe ab his præſeruatiuis, & conditionalibus ſuſceptionibus notarij, & ſubſtituti; & confeſsionem debiti, ac conſenſum in mandatum libere, & ſine conditione aliqua, aut reſeruatione ſuſcipiant, & annotent.

De exequutione ſimplicis Cameralis obligationis, inſtrumentis extra tribunal Auditoris Cameræ, uel Romanam Curiam celebratis adiectæ contra debitores, in curia repertos. Cap. XXIX.

QVANDO coram Auditore Cameræ uigorem inſtrumentorum, extra illius tribunal, uel extra Romanam curiam nbiuis gentium receptorum ſimplici obligatione, ea ſcilicet, in qua in mandatum exequutiuum non eſt conſenſum contra debitorem obligatum, in curia præſentem quis procedere uoluerit; citationem præmittet ad dicendum contra iura producta & repetita, uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit, ac uidendum mandari extendi formam Cameræ, in illis appoſitam iuxta ſtilum curiæ. Deinde procedet ad confeſsionem debiti, ac alios actos ſucceſsiuos per omnia, ut ſupra de inſtrumentis in tribunali Auditoris Cameræ receptis latius diximus.

De exequutione Cameralis obligationis, ſimplicis adiectæ inſtrumentis in curia extra tribunal Auditoris Cameræ receptis, uel extra curiam celebratis, in quibus tamen ſolùtio Romæ deſtinata eſt contra debitores ab Vrbe abſentes. Cap. XXX.

INTER modum procedendi ad exequutionem iuſtrumentorum, extra tribunal Auditoris Cameræ, uel extra Romanam curiam celebratorum contra debitores in curia apprehenſos; quem in præcedenti capite poſuimus; & modum exequutionis contractuum in curia extra tribunal Auditoris Cameræ, uel extra curiam, in quibus ſolutio Romæ deſtinata eſt receptorum contra debitores extra urbem commorantes hæc duntaxat eſt differentia. In illo ſcilicet proceſſu percurſores, in hoc uerò per audientiam literarum contradictarum, uel per edictum publicum iuxta temporis qualitatem citationes fiũt.

De modo exequutionis inſtrumentorum, ſimplici Camerali obligatione uallatorum, extra Romanam curiam receptorum, in quibus ſolutio alibi, quàm in Vrbe eſt deſtinata contra debitores, extra Vrbem degentes. Cap. XXXI.

1 *Pro exequutione inſtrumentorum, in quibus ſolutio in Vrbe deſtinata non eſt, extra curiam factorum aduerſus debitores, extra Vrbem moram trahentes, citatio ad partes præmittitur.*

2 *Sufficit hæc citatio, etiam domi exequuta.*

3 *Alia citatio poſt huius citationis exequutionem, & reproductionem facienda.*

4 *Decretum, ui huius ſecundæ citationis fieri ſolitum in contumaciam debitoris.*

5 *Iudex comparente debitore, & articulos ad probandum ſolutionem exhibenti*

hibenti dilationem ad id concedit.

6 *In obligationibus cambiorum non conceditur dilatio, quamuis petatur; & quare.*

7 *Pro obtinenda excommunicatione in iuris ſubſidium fit per exequutores diligentia de exequendo mandatum in loco facienda ſolutionis.*

8 *Citatio, quæ hanc diligentiam ſequitur.*

9 *Secunda citatio.*

10 *In quibus locis excommunicatio in iuris ſubſidium concedatur.*

11 *Contra Epiſcopos, Prælatos, & magnates non conceditur in curia, niſi de mandato Papæ.*

12 *Contra obligatos extra curiam ſoluere excommunicatio quomodo concedatur.*

1 SI ui inſtrumentorum, in quibus ſolutio extra curiam eſt deſtinata, receptorum extra curiam contra debitores ab Vrbe abſentes procedere intendes, citatione ab Auditore Cameræ ad partes; cuius exemplar habes
2 inferius in quarto libro; obtinebis. Hæc citatio ex dictæ ſæpius re-
3 formationis forma neceſſario requiritur: eaq; perſonaliter, uel domi dimiſſa copia in partibus, in quibus debitor degit, exequuta,
4 & in actis notarij cauſæ reproducta citatur debitor. Ad dicendum contra iura producta, & repetita, uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, mandari extendi formam Cameræ in iiſdem appoſitam iuxta ſtylum curiæ, ac docendum ſe ſoluiſſe iuxta formam ſuæ obligationis, aliàs coufitendum, uel con
5 fiteri uidendum debitum, & decerni mandatum exequutiuum. Et in termino citationis iudex mandat extendi formam Cameræ, ac præuia debiti confeſsione decernit mandatum niſi infra quindecim dies, aut alium competentem terminum, infra quem debitor
6 ueriſimiliter de ſolutione in partibus facta docere poſsit. Si uerò debitor citatus comparuerit, & articulos ad probandum ſolutionem in partibus factam produxerit, atque literas remiſſoriales petierit; utique erunt ei à iudice concedendæ cum conuenienti termino ad probandum, habito reſpectu loci, diſtantiæ, ut ſupra di-
7 ctum fuit. Hæc non ita procedunt in obligationibus cambiorum mercatorum Romanæ curiæ cum curialibus, in quibus conuenta eſt ſolutio in partibus facienda. In illis enim aliqua dilatio ad probandum ſolutionem, in partibus factam non conceditur; licet de huiuſ-

huiuſmodi ſolutione opponatur. Quia in eorum obligationibus conuentum eſt ſolutionem infra certum, expreſſum terminum in partibus fieri debere,& infra aliud tempus certum pariter, & deſignatum tenetur debitor mercatores in curia de ſolutione eiuſmodi certiores reddere:aliàs in euentum non ſolutionis in partibus, & certificationis in curia, in vrbe ſoluere obligatur ex conuentione, de qua in inſtrumento, cuius exemplum ſupra poſuimus. Poſt mandati decretum; facta citatione ad videndum relaxari mādatum exequutiuum,in confeſsione debiti decretum; iudex mandatum, niſi ad primam diem iuridicam cum intimatione relaxat.

8 Relaxato mandato; ſi ad cenſurarum fulminationem petatur in iuris ſubſidium deueniri; facta prius per exequutores diligentia in curia (& hoc,quando ſolutio in curia fieri debet intellige) de mandatum perſonaliter,vel realiter ſaltem contra debitorem exequendo:de qua per exequutorum fidem, à tergo mandati ab ipſis exequutoribus annotatam conſtabit:citatio,aut contra procuratorem præſentem percurſorem, aut contra principalem abſentē, procuratorem in curia non habentem per contradictas præmitti-

9 tur. Ad dicendum contra iura producta,& repetita,videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit, nec non videndum ſe,aut principalem ſuum in iuris ſubſidium excommunicari ad primam diem. Qua relatione facta,aut cedula contradi-

10 ctæ reproducta iudex facit decretum niſi infra tres dies. Hoc triduo elapſo rurſus citatur debitor ad videndum ſe declarari,& literas decerni. Et in huius citationis termino iudex interponit decretum niſi per totam,ſi per contradictas,ſi autem percurſorem in curia niſi ad primam diem cum intimatione. Poſt huius intimationis exequutionem, in actis factam literæ fulminantur ſub forma,

11 quam infra in ultimo libro deſcripſimus. Hæ literæ conſueuerunt ſolùm concedi in locis extra iuriſdictionem eccleſiaſticam, & Sedi Apoſtolicæ mediatè ſubiectis: puta in Regnis Hiſpaniarum, Neapolis, Siciliæ, Galliæ, ducatu Mediolani, Sabaudiæ,Mantuæ, Ferrariæ, Florentiæ, & aliis in locis Italiæ, vbi conſtet iudici, aut notoriè, aut per teſtes, ſaltim extraiudicialiter examinatos exe-

12 quutionem realem,aut perſonalem fieri non poſſe. Præterea in curia contra Epiſcopos,Prælatos,aut magnates ob Principis reueren-

13 tiam nunquàm,niſi de illius expreſſo mādato conceduntur. Quādo ſolutionis ſunt extra curiam faciendæ (licet alienæ iuriſdictio

F ni,

ni, vt prædixi, ſubiaceant debitores) non conceduntur cenſuræ niſi, vt ſuperius retuli, cum clauſula, directa Curiæ Eccleſiaſticæ, videlicet. Facta prius diligentia, & vobis legitimè conſtito, quòd vigore præſentis noſtri mandati exequutiui exequutio realis, aut perſonalis fieri non poſsit publicetis excommunicatos &c.

De modo procedēdi ad exequutionem Cameralis obligationis, in tribunali Auditoris Cameræ celebratæ, in qua in mandatum exequutiuum una, uel bina citatione præcedentibus ſit conſenſum contra debitores in curia apprehenſos. Cap. XXXII.

1 *Citatio prima contra debitorem, qui in mandatum exequutiuum unica præuia citatione relaxandum conſenſit.*

2 *Prima citatio contra eum, qui bina citatione, & intimatione præcedentibus mandatum ſuſcepit.*

3 *Secunda citatio.*

SI in hac noua obligationis formula quis arctius ſe obligando mandatum exequutiuum vnica præuia citatione in ſe ſuſceperit citabitur ad ſoluendum infraſcripto inſtanti, aliàs videndum contra ipſum relaxari mādatum exequutiuum, in obligatione ſuſceptum, ſeu cuius relaxationi conſenſit ad primam diem, vel per totam, ſi perſonaliter fiat, inſtante D. Iulio Maluicino principali, ſiue eius procuratore. Antonius Guidottus eſt Notarius. Qua citatione exequuta, & relatione facta, iudex inſtante creditore facit decretum, niſi ad primam
2 diem cum intimatione. Si verò in obligatione fuerit conſenſum relaxationi mandati bina citatione, & intimatione præcedētibus (nam ita plures reperiuntur obligationes receptæ) obligatus eodem modo citatur, & iudex in termino citationis non relaxat mā
3 datum, ſed mandat citari pro ſecunda. Facta ſimili ſecunda citatione iudex decernit niſi ad primam diem cum intimatione. Et ea exequuta, & reproducta, debitore nihil releuans opponente mandatum relaxatur.

De

De proceſſu exequutionis ſimilium inſtrumentorum, extra tribunal Auditoris Cameræ factorum contra debitores præſentes. Cap. XXXIII.

1 *Citatio prima pro exequutione huiuſmodi inſtrumentorum.*
2 *Hic proceſſus extenſionem formæ Cameræ non exigit; ſecus ſi contingat procedi ad cenſuras.*
3 *Parte opponente generalia contra requiritur noua citatio.*
4 *Recognitio iurium quaodocunque per notarium recipitur.*
5 *Recognitio quomodo annotetur.*
6 *Recognitio, licet fiat poſt terminum, retrotrahitur ad diem termini.*
7 *Parte opponente nequit actor ad ulteriora cauſa procedere, niſi prius recognitis iuribus.*
8 *Quid agendum quando reus opponit uelle adhibere interpretem, & interrogatoria recognitioni.*
9 *Recognitio eſt facienda per teſtes deponentes, ſe uidiſſe ſcribere.*
10 *De ſtylo contrarius eſt uſus, & quid ſufficiat teſtem recognoſcentem deponere.*
11 *Modus ſeruandus in recognitione, per comparationem facienda.*
12 *Omnia acta, ante recognitionem facta ſubſiſtunt.*
13 *In quibus caſibus oppoſitio hæc non admittitur.*
14 *Citatio contra debitorem, qui opponit uelle calculare, uel de noua conuentione, aut ſolutione.*

QVANDO inſtrumentum ſub conditionibus, quas in proximo præcedenti capite recenſuimus, extra tribunal Auditoris Cameræ eſt receptum, & in tribunali pro habenda illius contra debitorem in curia præſen-
1 tem exequutione producitur, hæc requiritur prima citatio. Ad dicendum contra iura producta, & repetita; videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non relaxari mandatum in obligatione ſuſceptum. In hoc enim proceſſu ex-
2 tenſio formæ cameræ non eſt neceſſaria. Creditorem tamen conſulo, vt ei diligentius cautum ſit, vt extenſionem hanc à iudice debitore ad hoc citato obtineat: namque ſi poſtea ei ad proceſſum ſubſidialem excommunis deuenire expedierit, immediatè, nullo

 exten-

extenſionis decreto expectato aduerſus debitorē ex oīs remediū modo, quē ſuperius retuli, liberè, & licitè obtinebit. Exequuta prædicta citatione, & illius relatione ſequuta iudex decernit niſi ad primā diē cum intimatione; parte tñ aduerſa nihil opponente. Quia
3 ſi citatus in huius, vel alterius cuiuſuis citationis ſimilis termino generalia oppoſuerit uerbo, & termino ad dicendū contra pendēte nihil fieri fuerit proteſtatus iudicis officiū in formæ Cameræ extenſione, in mādati relaxatione, vel alterius cuiuſlibet decreti interpoſitione quieſcit, & admittit ſolū iura, & recognitionē illorū recipi mandat: & opus eſt alia citatione ſuper forma Cameræ extendēda, vel alio obtinendo decreto. Et quāuis ius diſponat & forma hu
4 da, vel alio obtinendo decreto. Et quāuis ius diſponat & forma huius actus requirat recognitionē hmōi coram iudice & in ſeruationi termini citationis ad dicēdū contra recipi, tñ ex ſtylo, & inueterata obſeruantia recipitur ꝑ notariū domi eius, vel teſtiū, vel alios
5 vbilibet, & qñcunq;. Extenditur præterea hæc iurium recognitio à tergo illorū, abſq; annotatione diei, menſis, & anni ſub hac forma DD. N. N. medio iuramēto tactis &c. recognouerūt literam, ſignū, & perſonā retroſcripti N. notarij publici, ac ſigillū legalitatis ciui
6 tatis N. in forma. Quæ recognitio ſic recepta, & annotata ſemꝑ retrotrahitur ad diē ſeruati termini, & in cōfectione Manualis actorū, regiſtri, & extractus ſub illa die extēditur, vt latius, & expreſsius
7 in terminorū formulario videre poteris. Verū nota ꝙ hæc ita ex interuallo tꝑis facta recognitio ualet parte nō opponente: quia ſi pars aduerſa in termini ſeruatione, uel ēt poſt nihil fieri niſi recognitis iuribus oppoſuerit: quāuis oppoſitio eiuſmodi ulteriorē proceſſum non impediat, nec aliud nouum decretum ſuper teſtium recognoſcentium receptione propterea requiratur; ſed uigore illius primi decreti per notarium recognitio hæc recipi poſsit: tamen antequam à notario recipiatur, non poteſt ex parte actoris
8 ad ulteriores actus in cauſa deueniri. Sed ſi pro parte rei in quacūque iudicij parte fuerit oppoſitum nihil fieri, niſi prius recognitis iuribus, & ſuper hac recognitione faciēda ſpecificatis nominibus, cognominibus, patria, & habitatione teſtium; quia intendit dare interrogatoria, & interpretem adhibere, & niſi ipſo citato: officiū iudicis quieſcit, & omnia acta facta ſuſpenduntur, non poteſt ad ulteriora procedi, niſi facta dicta formali recognitione. Aduertendum tamen eſt, ꝙ nō ita rigoroſè, ut ſupra poſui; in recognitione inſtrumentorū, ſed chirographorū tm̄ proceditur. Super qua plu-

ries

9 ries diſputare,& conſtanter affirmare uidi,ꝙ requiritur teſtes de-
ponere uidiſſe ſcribentē ſcribere illud chirographū, ſiue ſcripturā
10 quam recognoſcere aſſerit.Hoc nihilominus omittere nolui,ꝙ ēt
ſi de iure in recognitione requirantur teſtes,qui interfuiſſe ſcriptu
ræ deponant;tñ de obſeruantia tribunalis Auditoris Cameræ vali
da fuit,& eſt recognitio, facta per teſtes deponētes recognoſcere,
quia eis nota eſt manus ſcribentis.Et id uerū eſt ſiue de tertij, ſiue
de ſcribētis præiudicio agatur, & hoc in apocis priuatis.In inſtru
mētis aūt de ſtylo,ut recognitio legitima ſit, ſufficit teſtes depone
re recognoſcere manū,ſignū,& perſonā notarij,ut ſupra notatum
11 eſt.Verum qñ hæc recognitio altero ex relatis modis haberi non
poteſt,fit per comparationem literarum alterius ſcripturę,quę cer
ta ſit,& indubitata;ſecus comparatio fieri nequit. Quæ compara-
tio fit coram peritis,& expertis, ad id pro utraque parte nomina-
tis;qui arbitrantur,& iudicant ſuper dicta literarum per compara
tionem recognitione & in caſum diſcordiæ per iudicem tertius
12 deputatur ex officio,cuius arbitrio ſtatur. Notandum eſt præte-
rea acta omnia ante recognitionem, & oppoſitionem , de qua ſu-
pra meminimus , facta eſſe ualida:licet per recognitionem facien-
13 dam,vt præmiſi,ſuſpendatur. Fit non rarò hæc oppoſitio nihil fie
ri niſi recognitis iuribus,ſuper recognitione aliquorum iuriū,quo
rum recognitio eſt à iudici notoria;puta bulli plumbei, annuli Pi-
ſcatoris,ſigilli Cameræ Apoſtolicæ, Pęnitentiariæ,regeſtri bullarū,
& ſupplicationū:quam cū iudex calumnioſā manifeſtè videat,illa
non obſtante ad vlteriora ꝓcedit.Hęc de recognitione dicta ſuffi
14 ciant.Ad propoſitū in hoc capite proceſſum redea. Cum debitor
ante mandati relaxationē,uel ēt poſt oppoſuerit uelle calculare cū
aduerſario , vel nouam cū eo conuentionem feciſse, aut debitum
perſoluiſſe(quę oēs exceptiones exequutionē Cameralis obligatio
nis impediūt)citatur debitor ad calculandū,quatenus calculare in
tendat,& calculo facto ſoluendū,nec non docendū de quauis præ
tenſa ſolutione,noua cōuentione,ex alijs quibuſcūq; præiudiciali-
bus exceptionibus,allegatis forſan,vel ſiquas allegare vult;aliàs vi-
dendū illis,& alijs quibuſcunq; non obſtantibus relaxari mādatū
exequutiuū aliàs decretum,ad primā diē,vel per totam.In huius ci
tationis termino iudex mandatū relaxat niſi ad primā diem,cū in-
timatione.Qua exequuta,& reproducta,& elapſa prima die iuridi
ca poſt exequutionē eiuſmodi iudex mādatū exequutiuū expedit.

De

De calculis, qui inter collitigantes fiunt. Cap. XXXIIII.

1 *Citatio prima ſuper calculo faciendo.*
2 *Si debitor petat ſtatui diem, & horam ad calculandum ſit citatio alio modo.*
3 *Poſt primam citationem computa, & libri calculatoribus conſignantur.*
4 *Poſt hanc conſignationem fit alia citatio.*
5 *Mercator cogitur reo petente libros exhibere.*
6 *Ex ſtylo à notarijs Auditoris Cameræ relato mercator non tenetur exhibere libros niſi declarato per petentem ſe uelle ſtare partitis pro, & contra.*
7 *Poteſt reus huic declarationi addere ſi, &, prout de iure.*
8 *An librorum exhibitionem petens illis ſtare teneatur, hic prætermittitur.*

CVm inter litigantes ſunt habita, & tractata plura computa, quæ obligationem Cameralem, cuius uigore agitur, & illius ſolutionem tangant iudex ad pactis comparentis, & ſæpius debitoris, de calculo opponen-
1 tis inſtantiam alteram partem citari mandat. Ad eligendum pro parte ſua peritum, & calculatorem ad effectum uidendi, & calculandi computa inter aduerſarium, & inſtantem habita, & tractata, una cum perito calculatore, per dictum inſtantem eligendo, & calculari mandari uidendum; aliàs uidendum illum eligi, & deputari ex officio der d. locumtenentem ad primam diem, uel per totam. Et in citationis termino inſtans ſuum peritum nominat, & in contumaciam partis aduerſæ non nominantis, per iudicem aliquem ex officio deputari obtinet cum intimatione, uel niſi ad primam diem cum intimatione, arbitrio iudicis. Qua intimatione exequuta, & reproducta computa, partitæ ſolutionum, ac dati, & accepti ſi in actis notarij exhibitæ inueniuntur calculatori,
2 ſiue calculatoribus, adhoc ut calculent conſignantur. Si debitor conuentus diem certam, & horã, ad calculum, inter partes faciundum ſtatui petierit; citatur alia pars ad calculandum in officio notarij pro tali die, & hora ſi calculare intendit; aliàs videndum relaxari mandatum, quibuſcunque non obſtantibus. Et in hunc caſum

ſum iudex mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione re-
3 laxat. Poſt conſignationem computorum, ſcripturarum, & librorum in manibus calculatorum factam citatur debitor hoc modo. Intimetur N. ex aduerſo principali, qualiter libri, & computa reperiuntur in manibus calculatorum ad effectum calculandi;
4 Ideo citetur idem ad illos informandum, faciendumque peritum ſuum referre; aliàs uidendum mandati referri per peritum, pro parte infraſcripti inſtantis deputatum, illiusq; relationi ſtari mandari ad primam diem. Qua adueniente iudex decernit, & mandat referri, & ſtari relationi petitis partis inſtãtis, niſi ad primã diẽ fecerit ſuum peritum referre cum intimatione. Poſtquam exequutam, & exhibitam notarius peritorum relationem ui huius decreti recipit. Qua uiſa iudex poſtea ad cauſæ expeditionem procedit.
5 Si autem proceditur ad mercatoris inſtantiam, & eius conuentus; ut plerumque accidit; ad docendum de ſolutione, uel pro calculo faciendo, aut ad alium effectum ſibi proficuum libros exhiberi petit; iudex ad exequutionem ulteriorem, niſi facta librorum ex-
6 hibitione non procedit. Ad quam ſæpius mercatores cogi poſſe negant, ſaltem niſi facta prius declaratione de uolendo illis ſtare pro, & contra. Et quamuis aliàs à notarijs iam dicti tribunalis, colligi aliter congregatis partem, exhiberi libros petentem hanc declarationem teneri facere de ſtylo relatum fuerit: tamen (pace
7 ipſorum dixerim) veritas in contrarium eſt. Etenim pars de volendo ſtare libris ſimpliciter pro, & contra declarare non cogi poteſt; ſed tantùm adiecta conditione, ſi & prout de iure tenetur. Et ita tam à bo:me: Petro Guicciardino, quàm Vincentio Fuſcherio, Auditoris Cameræ olim locumtenentibus paſsim in contrario
8 iudicio eueniente caſu pluries, atque pluries obſeruari vidi. An autem librorum exhibitionem petens, quia in eis ſuam fundat intentionem, & ob partitarum connexionem in totum an uerò pro parte partitas ipſas approbare, & an econuerſo ob partitarum diuerſis factarum temporibus uarietatem, aut quia aliunde quàm ex libris ſuas habeat probationes illis ſtare minimè teneatur, cum hęc de apicibus iuris, & mei inſtituti non ſint, conſultò omiſi. Si uerò libri non hic in Vrbe reperiantur, in loco vbi ſunt exhiberi debent: & tunc Auditor Cameræ per eius compulſorias literas & ſubdelegationis inſtrumentum arbitratu ſuo iudicem in partibus, cui libri exhiberi debeant, ſubdelegat; qui videt ſi aliquid eſt, quod ad

cauſam faciat, & illud ad partis petentis inſtantiam ad Auditorem ipſum, quo merita cauſæ cognoſcere poſsit, mittit.

De modo procedendi ad inſtrumenti exequutionem contra Communitatem. Cap. XXXV.

DVBITANT aliqui in proceſſu exequutionis obligationis, per Communitatem factæ, an mandatum contra priores, maſſarios, & officiales, ac particulares, in inſtrumento non nominatos perſonaliter exequendum
1 concedi poſsit. Vidi ego iure permittente ſemper in ſimilium exequutione obligationum mandata exequutiua relaxari, & exequi mandari contra priores, & officiales Communitatis, pro tempore exiſtentes; licet in obligatione non ſint nominati. Quia Communitas; cum non habeat corpus animatum, nec nolle, neque uelle, niſi inquantum officiales, illam repræſentantes diſponunt; non poteſt per ſe ipſam aliquo pacto ad ſolutionem, ſeu obſeruationem cogi.

De nullitate, & reuocatione mandati, & exequutionis. Cap. XXXVI.

1 *Qui plus debitore, & tempore petit, in expenſis condemnatur, & mandatum reuocatur.*

2 *Valet mandatum pro ſumma incerta, ſcilicet pro ſorte principali, & fructibus decurſis; ſed ſi ultra debitum exequatur, creditor in expenſis condemnatur.*

3 *Cenſuræ, quando eſt petitum plus debito, non ſuſtinentur etiam pro ſumma debita.*

4 *Mandatum pro ſumma indebita obtentum ſuſtinetur pro ſumma debita, ſed non pro expenſis.*

5 *Plures caſus, quibus mandata ex nullitatis capite cum condemnatione in expenſis reuocantur.*

1 QVi plus debitore, & tempore petit, uenit in expenſis condemnandus; & mandatum, ſi quod obtinuerit, reuocatur.
2 Si quis obtinuerit mandatum pro ſumma incerta: puta pro ſorte principali alicuius ſocietatis, & illius fructibus validum eſt. Sed ſi fuerit contra debitorem plus debito exequutum, petitio per dictam exequtionem declaratur nulla, & actor in expenſis mandati, & exequutionis cōdemnandus uenit; licet mandatum pro ſumma debita ſuſtineatur.
3 Cenſurę autem; quando ita incertæ ſunt, & in earum publicatione petitum fuiſſe plus debito apparet; nec etiam pro ſumma debita ullo modo ſuſtinentur, quia ſunt indiuiſibiles; ſed reuocantur, & actor in expēſis condēnatur: ut latius explicat Galleſius in tract.
4 de for. Cam. in quæſt. poſt proceſſum inciden. num. 36. Extracto mandato pro centū; quando creditori non debentur niſi quinquaginta, & ſic pro L. plus debito, licet in mandati extractione & pro C. & pro L. idem peræque impendatur, tamen reus ad impenſas mandati eiuſmodi nulliter relaxati non obligatur: quia ſententia, ſeu decretum vnicam integram ſummam continens, etiam ſi in parte debeatur, non poteſt etiam pro ſumma debita ſuſtineri, ſed prorſus nullum redditur. Et quamuis mandata hæc iuxta uulgatas Rotales deciſiones, præſertim parte inſtante, in totum tanquàm nulla reuocanda ſint, nihilominus de antiquo Auditoris Cameræ tribunalis ſtylo, qui legis habet uigorem, contrarium ſeruatur: Mandatum enim pro ſumma indebita relaxatum, ſuſtinetur pro ſumma debita, licet in expenſis condemnetur actor, ut dixi.
5 Si fuerit mandatum relaxatum, aut per contradictas parte in curia exiſtente, aut parte citata in Vrbe, debitis tamen ac requiſitis terminis non ſeruatis; quod nimia agentium diligentia, & ſubſtitutorum in curia interdum accidere poſſet, puta omiſſa formæ Cameræ inſtrumenti in actis producti extenſione, reuocabitur. Reuocabitur pariter, ſi ui inſtrumenti, cui ſit adiecta ſimplex cameralis obligatio, ea ſcilicet, in qua nullum eſt ſuſceptum mandatum, ad relaxationem mandati in obligatione ſuſcepti proceſſum fuerit. Rurſus reuocatur ſi non elapſo intimationis termino expeditur. Item reuocaretur, cum condemnatione in expenſis, ſi non elapſo termino in actis per debitorem ad ſoluendum ſuſcepto expediretur.

De obligationis quarantigiatæ exequutione. Cap. XXXVII.

1 *Via citationis, & non monitorij ad quarantigiati inſtrumenti exequutionem proceditur.*
2 *Quæ citatio fiat.*
3 *Contra hanc obligationem appellatio ſuſpenſiua non datur.*
4 *Debitori, in forma quarantigiæ obligato terminus iuris conceditur.*

1 PVTANT nonnulli ad exequutionem obligationis, ſub forma quarantigiæ recepti uia monitorij in tribunali Auditoris Cameræ procedendum eſſe; non deſunt plures, qui contrarium ſentiunt: exiſtimant enim citationem ſufficere. Namq; eiuſmodi obligatio, cum per notarios Vrbis ratio, uel nunquàm recipi conſueuerit his dubitationibus an-
2 ſam prębet. Ego uidi ex inueterato, & inconcuſſo hactenus more citationem præmitti aduerſus debitorem ad ſoluendum iuxta ſuæ obligationis formam; aliàs uidendum contra ipſum decerni, & relaxati mandatum exequutiuum. In cuius termino Iudex ad partis comparentis inſtantiam mandatum decernit, & relaxat, niſi ad primam diem, cum intimatione. Super hac quarantigiæ forma, illiusq; ui, & importantia, ac exceptionibus, quæ contra eam admittantur (cum quamplures iureconſulti, & doctiſsimi uiri ex profeſſo tractauerint) hæc pauca ſolummodo, ad exequutionis mo-
3 dum, & procedendi ſtylum dicta ſint. Contra huius obligationis
4 exequutionem nulla appellatio ſuſpenſiua recipitur. Et quamuis forma hæc ita arcta ſit, ut quis ſub ea ſe allegans iudicis præceptũ, & mandatum in ſe ſuſcipiat: tamen debitori petenti terminus ad ſoluendum triginta, dierum, uel minus, conſiderata ſumma debita paſsim conceditur.

De proceſſu exequutionis inſtrumenti, in quo notarius omiſerit ponere ſub qua forma ſe debitor obligauerit. Cap. XXXVIII.

1 *Se ſuperuiuit notarius, qui inſtrumentum recepit ſtatur illius declarationi.*

2 *Mortuo notario, qui ſit Auditoris Cameræ, uel Cameræ Apoſtolicæ ſub forma Cameræ obligatio facta intelligitur.*

OB negociorum, & obligationum numerum notarij obligationes Camerales cæteratas in eorum libris annotant, & aliquando in curia, vel memoriæ defectu ſubſtantialem clauſulam obligationis Cameralis prætermittunt, dicẽtes ſolùm. Pro quibus &c. obligauit &c. iurauit &c. Et uidi aliàs dubitari an hæc obligatio, in qua forma Cameræ minimè exprimitur, in forma Cameræ; an in forma iuris facta cenſeretur. Et ſuper dubitatione eiuſmodi fuit per locumtenentes, & notarios tribunalis Auditoris Cameræ reſolutũ; quòd ſi notarius, aut ſcriba, qui obligationem recepit ſi ſuperuiuit, & intereſt illius declarationi ſtetur. Si uerò non ſuperuiuat, uel abſit, à notarijs tamen Auditoris Cameræ, vel Cameræ apoſtolicæ recepta ſit, in forma Cameræ recepta eſſe intelligatur, illiq; exequutio, non ſecus ac inſtrumento in forma Cameræ extenſo daretur, detur: etiã ſi non ſit expreſſa forma Cameræ: etenim non conſueuerat ſub alia, quàm Cameræ forma inſtrumenta ab illis recipis.

De mandatorum exequutiuorum exequutione. Cap. XXXIX.

1 *Mandata exequutiua per quoſcunque exequutores exequi poſſunt.*

2 *Hodie iudices aliter ſentiunt.*

3 *Poteſt fieri exequutio realis, & perſonalis unico conſenſu.*

4 *Ex gratia, & modeſtia iudicum contra certas perſonas mandata perſonaliter non exequuntur.*

5 *Sub qua conditione debitores carcerati relaxentur.*

6 *Realis exequutio in bonis mobilibus quomodo fiat.*

7 *Quomodo ſuper re ſtabili mandatum exequatur.*
8 *Forma huius ultimę exequutionis.*
9 *Si debitor, pecunias promptas habens, exequutoribus conſignat, ceſſat exequutio.*

1 MANDATA, in tribunali Auditoris Cameræ relaxata e-
xequutoribus præbentur exequenda, & per exequu-
tores quoſcunq; paſsim exequi poſſunt iuxta bullę Pii
Quarti tribunalium reformationis diſpoſitionem.
2 Verùm hodie locatenentes Auditoris Cameræ aliter
ſentiunt, mandataq; per eorum exequutores tantùm ſub nullitatis
3 pœna, aliqua cauſa moti, exequi mandant. Exequutores habito
mandato exequutionem realem, & perſonalem creditoris arbitrio
faciunt; hanc enim facultatem, & priuilegium cameralis obliga-
4 tio habet. Perſonalem quidem faciunt, debitorem ad carceres du-
cendũ: à qua perſonali exequutione Epiſcopi, prælati, Barones,
& Illuſtres viri, ac mulieres honeſtæ ex gratia, & modeſtia iudicum
excipiuntur: nam indifferenter contra omnes obligatio prædicto
5 priuilegio gaudet. Facta perſonali exequutione non relaxatur à
carceribus debitor, niſi ſoluto debito, uel præſtita cautione ido-
nea in forma depoſiti de ſoluendo ad omne iudicis mandatum.
Idq; ex quodam potius diuturno, & inueterato more tribunalis,
quàm iuris diſpoſitione contingit: quia de iure deponere non eſt
6 ſoluere. Si exequutio in bonis mobilibus fiat, ſolent exequuto-
res bona ex domo debitoris accipere, pęnes aliquem tertium in de-
poſitum deſerere. Solent præterea recipere aliquem depoſitarium
7 illius exequutionis, licet reuera illi nihil conſignent. Si verò in bo-
nis ſtabilibus realem exequutionem exequutores facere uolunt vo
cato notario ad domum debitoris, uel uineam accedunt, & man-
datum ſuper illa exequuntur in illam intrando, perq; eam ſpatian-
do: de quo actu duobus adhibitis teſtibus notarius ita inſtrumen-
8 tum conficit. N. curiæ Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi d. Auditoris
Cameræ ſubexequutor habens præ manibus mandatum exequu-
tiuum ad inſtantiam N. contra N. relaxatum, cuius hic eſt tenor.
De mandato &c. vna mecum notario ad domum prædicti N. de-
bitoris acceſsit, ſitam in Vrbe in regione N. cui ab uno latere &c.
& ſuper ea, illiusq; omnibus iuribus, pertinentijs, & membris uir-
tute pręinſerti mandati exequutionẽ fecit omni meliori modo &c.

ſuper

9 ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus &c. Debitor aliquoties ad carceres, uel realem exequutionem euitandum, habens pecunias promptas, illas exequutori conſignat, & ſic ceſſat exequutio.

De pignorum ſubhaſtatione. Cap. XL.

1 *Citatio in proceſſu ſubhaſtationis pignorum.*
2 *Exemplar mandati de ſubhaſtando.*
3 *Si debitor penes notarium, uel creditorem deponit, fit citatio alio modo.*
4 *Formula mandati de ſubhaſtando pignora per debitorem depoſitata, uel creditori conſignata.*
5 *Poſt relationem huius mandati quid agendum.*
6 *Creditur exequutori, dicenti depoſitarium recepiſſe.*
7 *Contra depoſitarium, ab exequutoribus acceptum non requiritur citatio.*
8 *Secus contra receptum à notario, & quæ citatio fiat.*
9 *Non licet creditori curſorem eligere in ſubhaſtatione, & quare.*
10 *Tenetur creditor ad curſorum bancum mandatum ferre, & quid ibi per illorum magiſtrum fiat.*
11 *Curſor conſignatis ſibi pignoribus oblatores recipit.*
12 *Tres ad minus debent eſſe oblatores.*
13 *Quid ſit cedula ſubhaſtationis.*
14 *Quid curſori pro illa habenda ſoluatur.*

1 POſt factam realem exequutionem fit ad creditoris inſtantiam contra debitorem citatio ad vidédum mandari conſignari infraſcripto inſtanti pecunias ad computum ſui crediti; ſeu inſolutum ſi ſufficiant; quatenus pecuniæ, quatenus verò pignora curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mandari; In cuius termino iudex facit decretum niſi per totam illam diem ſoluerit, vel aliquid releuans allegauerit. Sequenti die mandatum ſub hac forma expeditur. De man-
2 dato Illuſtriſsimi, & Reuer. D. Hieronymi Matthæi, curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris, ſiue eius R. P. D. Locumtenentis, & ad inſtantiam D. N. Principalis mãdatur tibi exequutori, ad quem ſpectat; quatenus ſtatim uiſis præſentibus ſub quingentorum ducatorum auri Cameræ, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, alijsq; &c. pe-
nis

nis debens pignora, in exequutione d. N. ablata, quatenus pecuniæ, inſtanti inſolutam ſui crediti, quatenus verò boni, curſori ad effectum ſubhaſtandi conſignaſſe, & cõſignari fuiſſe. Tibi verò curſori, ad quem ſpectat ſub eiſdem pœnis mandatur, quatenus viſis præſentibus debeas eadem pignora, vt moris eſt, ſubhaſtaſſe. Quo-
3 niam debitore citato Dominus ita mandauit. Die &c. Debitor aliquoties, ad expenſas exequutionis euitandum ſolet in officio notarij, aliqua pignora deponere, ſeu illa in poſſe ſui creditoris ex conuentione tradere; & in hunc caſum hæc erit præmittenda citatio. Ad videndum mandari conſignari pignora, in actis depoſitata, ſeu conuentionalia curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mãdari. In cuius termino iudex facit decretum, niſi ad primam diem,
4 cum intimatione. Qua intimatione exequuta, reproducta, & prima die iuridica poſt exequutionem elapſa expeditur mandatum, curſori tantùm directum; quatenus debeat pignora, in actis depoſitata, ſeu conuentionalia, ſibi conſignanda, vt moris eſt, ſubha-
5 ſtaſſe. Mandatum de ſubhaſtando, ſic expeditum exequutori, qui exequutionem fecit conſignatur; qui pecunias, ſi quas habet in manibus, creditori perſoluit, ſi bona mobilia, debitorem adeũdo, & ab eo auferendo; ſi forte apud eum adhuc remanſiſſent; vel à tertio, in cuius manibus in depoſitum deſeruit, accipiendo curſori
6 conſignat. Si autem aliquis ſe depoſitarium uocauerit, ad illum accedens bona eius propria aufert, & curſori prębet. Et ea eſt exequutoris in his, quæ ad officium ſuum pertinent fides; vt etiam ſi tertius ille depoſitarius conſignare recuſauerit, aut ſe depoſitarium uocaſſe negauerit; non poterit propterea exequutoribus obſiſtere; quin bona ſua propria auferant, aut ipſum ad carceres ducant.
7 Contra eum, qui ab exequutoribus in depoſitarium exequutionis
8 electus fuit non eſt opus proceſſu, aut citatione aliqua. Quando autem depoſitarius à notario recipitur citatio, contra illum, ac debitorem requiritur. Ad uidendum mandari conſignari, & conſignandum reſpectiuè; aliàs uidendum contra ipſum depoſitarium decerni, & relaxari mandatum exequutiuum. Et in relationis termino iudex, niſi ad primam cum intimatione decernit. Qua exequuta, & reproducta, reuolutaq; prima poſt exequutionem iuridica die creditori mandatum, reiectis per depoſitarium exceptionibus allegatis, conceditur. Non licet exequutori curſorem ad ſub-
9 ſtaſtandum pignora, quem maluerit eligere: nam ſubhaſtationes

per

per turnum curſoribus ab illorum Magiſtro, pro tempore exiſten-
10 te diſtribuuntur. Expedito mandato de ſubhaſtando creditor Magiſtro curſorum, in eorum banco, in acie campi Floræ quotidie reſidenti, illud defert; qui per ordinem curſori, cui debetur diſtribuit nomenq; curſoris prædicti, à quo ſubhaſtatio eſt facienda à tergo mandati annotat, ut ille pignora ab exequutoribus recipiat. Rece-
11 ptis curſor pignoribus, ſi mobilia ſint, ab exequutore, notario, ſeu creditore per realem, & effectualem conſignationem; ſi uerò ſtabilia, habita ab exequutore, uel notario relatione de exequutionis factæ ad illorum ſubhaſtationem procedit; oblatores recipiendo. Quos, pro eius faciliore, & celeriore expeditione creditor conducit, eosq; curſor accipit, illorumq; nomen, & quantum ſuper pignoribus offerant annotat. Et cum tot receperit oblatores; quòd ſibi iuſtum, & æquiualens pretium bonorum, & pignorum obla-
12 tum eſſe uideatur (in qua oblatione tres ad minus eſſe debent ob-
13 latores) ad creditoris inſtantiam cedulam ſubhaſtationis facit; quæ eſt notula in folio bonorum ſubhaſtatorum, de cuius iudicis mandato ſubhaſtentur, per actu cuius notarij, nomina offerentiũ, quiduè, & quantum offerant, cum aſſertione, quòd poſt ultimum oblatorem neminem plus offerentem inuenit. Pro hac cedula curſoribus obuli, ſeu baiochi duo pro ducato, ad rationem carolenorum decem in ſingulos ducatos pretii oblati ſoluuntur. Et quando pretium oblatum ad ſummam debitam non aſcendit, creditor ſolùm pro quantitate oblati pretij ſoluere debet; non autem pro tota ſumma debita; ut ſæpe curſores petunt.

De pignorum deliberatione. Cap. XLI.

1 *Citatio pro obtinendo mandato de deliberando.*
2 *Mobilia niſi infra decem dies, ſtabilia uero, & officia niſi infra menſem cum intimatione deliberantur.*
3 *Decendium, & menſis non currunt niſi poſt factam intimationem.*
4 *Intimationes quandocunque poßunt ante expeditum mandatum reproduci.*
5 *Quare hic terminus debitori concedatur.*
6 *Termino deliberationis pendente, etiam poſt datam cedulam maiores oblatores à notario recipiuntur, & quare.*

Citatio

7 *Citatio contra ultimum oblatorem, in pretij oblati ſolutione moram facientem.*

8 *Licet oblatoribus impunè pœnitere.*

9 *Cauti procuratores oblatores in forma Cameræ obligare faciunt, & quare.*

10 *Elapſo deliberationis termino mandatum ſine ulla citatione expeditur.*

11 *Formula mandati de deliberando.*

12 *Quid agendum poſt hoc mandatum expeditum.*

1 OBTENTA à curſore ſubhaſtationis cedula debitor ad-
uidendum deliberari pignora ſubhaſtata plus offeren-
ti, mandatumq́; deſuper opportunum decerni, & re-
laxari citatur. Facta citationis relatione comparet cre-
ditor, & ſubhaſtationis cedulam exhibet: qua per no-
2 tarium recepta iudex pignora plus offerenti deliberat; ſi fuerint
mobilia, niſi infra decem dies cum intimatione; ſi uerò ſtabilia,
aut officia (quæ non ſubhaſtantur, niſi præuia manu Papæ ſigna-
3 ta commiſſione (niſi infra menſem, cum intimatione. Et decem
dierum, aut menſis terminus non incipit currere niſi poſt diem e-
4 xequutæ intimationis. Hæc, atque omnes aliæ, in quibuſcunque
cauſis intimationes quandocunque reproduci poſſunt; quando ſu-
per illis aliquod iudicis decretum non requiritur; dummodo in
5 actis ante mandatorum expeditionem reproducantur. Terminus
decem dierum, & menſis debitori conceditur ad reluendum ſua
pignora, uel ſuam meliorem conditionem faciendũ per augumen-
6 tum pretij pignorum, & maioris oblationis. Si pendente delibe-
rationis termino aliqui apparuerint emptores, qui maius pretium ſuper bonis debilerandis offerre uelint; etiam quod in actis ſubhaſtationis cedula exhibita, & decretum deliberationis factum ſit; à notario recepi conſueuerunt; quia ſic tam creditoris, quàm debitoris melior efficitur conditio. Verùm quia oblatores huiuſmodi ad debitorum requiſitionem, ut pignorum deliberationem fraude, & calumnia impediant, & maiorem dilationem conſequantur, ut plurimum mittuntur. Si oblator ille pignora recipere, & oblatum pretium perſoluere diſtulerit, citatur ad exburſandum pretium per eum oblatum, & pignora recipiendum; aliàs uidendum illa mandari deliberari penultimo offerenti, mandatumq́; deſuper opportunum decerni, & relaxari. Et in contumaciam ipſius,

pretium

pretium non ſoluentis iudex penultimo offerenti, niſi ad primam
8 diem, cum intimatione deliberat. Habet in his oblationibus locum pœnitentia, & conſequenter oblatores inuiti à iudice in eorum oblationis ad pignora recipiendum cogi non poſſunt.
9 Caueant igitur cauti procuratores, & præmiſſis obuient proteſtationis remedio, quam in actis faciant; quòd non recipiantur hi oblatores per notarium, niſi cum obligatione camerali, & iuramento,
10 nequeunt enim ſic obligati pœnitere. Termino decem dierum, uel menſis poſt intimationem exequutam elapſo, non eſt opus alia citatione, nec iudicis decreto; ſed mandatum ſub forma in-
11 fra dicenda expeditur. De mandato Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi d. Auditoris cameræ, ſiue eius R.p.d. locumtenentis, & ad inſtantiam d.N. principalis. Terore præſentium mandatur tibi curſori, ad quem ſpectat; quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub quingentorum ducatorum auri Cameræ, mandati exequutiui & aliiſque &c. pœnis debens pignora, ſeu alia bona, d. N. in exequutione ablata, per te ſubhaſtata Mag. d. Matthæo Enriques de Herrera, vltimo, & plus offerenti, vt moris eſt, deliberaſſe, pretio oblato prius per te recepto; pretiumq; ipſum dicto inſtanti creditori pro concurrenti quantitate ſui crediti conſignaſſe; reſiduum uerò, ſi quod eſt, in actis notarij infraſcripti depoſuiſſe. Quoniam ipſo debitore citato, & intimato, præuiaq; dictorum pignorum ſubha-
12 ſtatione, & deliberatione D. ita mandauit die &c. Præſcripti mandati uigore curſor pignora plus offerenti deliberat, pretium recipit incontinenti, illudque creditori conſignat; reſiduum autem pretij, ſi quod eſt, penes notarium deponit, aut penes ſe retinet pro creditoris cautela ratione expenſarum taxandarum.

An ante additum pignus primus creditor comparens deliberationem impediat cap. XLII.

SI ante adictum pignus, ante ſcilicet perfectam exequutionem in bonis debitoris per ſecundum creditorem factam, & in deliberationis termino primus creditor comparet, & incontinenti docet de ſuo credito, & quòd bona, quæ ad ſecundi creditoris inſtantiam ſubhaſtantur

ſunt ei reſpectu ſui crediti anterioris prius hypothecata; præſertim ſi debitor non eſt ſoluendo; utique admittitur, & auditur refectis expenſis, eatenus factis ſecundo creditori: cum ſecundi creditoris diligentia, & uigilantia illi obeſſe non poſsit. Et ita iure permittente ſæpiſsime practicari, & obſeruari uidi. Si autem poſt additum pignus comparet iudicio ordinario, non autem exequutiuo auditur.

De proceſſu exequutionis cameralis obligationis, quando facta eſt perſonarum mutatio. Cap. XLIII.

1 *Mutata ex parte creditoris, vel debitoris perſona requiritur citatio ad partes, antequàm per contradictas procedi poſſit.*
2 *Quare hæc citatio præmittatur.*
3 *Ad exequutionem agens actoris, & rei perſonam in hoc proceſſu legitimare tenetur.*
4 *Quid ſi audientia contradictarum, & quare citationes per eam fiant.*
5 *Vacationum generalium tempore non contradictæ, ſed edicta à curſoribus fiunt.*
6 *Contradictæ exemplar.*
7 *Edicti formula.*
8 *Omnes Romanæ curiæ iudices ſuis loco, & tempore per contradictas, & addicta procedunt.*
9 *Mortuo debitore mandatum contra bona hæreditaria; non autem contra hæredum perſonas relaxatur.*
10 *Si bona hæreditaria per plures poſſidentur, poteſt creditor exequi mandatum in bonis cuiuslibet hæredis inſolidum.*
11 *Contra hæredem, qui ſimpliciter hæreditatem acceptauit, datur actio realis, & perſonalis pro uirili, & quare.*
12 *Citatio in hoc caſu contra hæredem neceſſaria.*
13 *Iuramentum ad hæredes non quo ad periurij pœnam, ſed tantum quo ad illius obſeruantiam tranſit.*
14 *Eccleſia, hæres inſtituta quæ hæreditatem adiuit, & inuentarium non confecit, creditoribus hæreditariis ſatisfacere tenetur.*
15 *Quo caſu contra hæredes cum ben. l. & inuen. etiam ultra uires hæreditarias realis, & perſonalis exequutio detur.*

Hæres

16 *Hæres cum ben. l. & inuen. incontinenti de inuentario ſolenniter facto docere debet, ſecus de proprio tenetur.*

1 AD Cameralis obligationis exequutionem contra hæredes debitoris, ad creditoris, uel contra debitorem ad creditorum hæredis inſtantiam procedere uolens, citationem ad partes contra debitorem, uel illius hæredes, ſi ab Vrbe abſuerint, obtinebis ad ſoluendum ſummam debitam, & uidendum exequi obligationem in forma Cameræ. Non conceditur enim proceſſus per audientiam contradictarum, niſi præuia hac citatione, perſonaliter, uel domi ſaltem dimiſſa copia
2 exequenda. Nam licet debitor de ſua obligatione ſit certus, & adueniente ſolutionis tempore ipſo iure interpellatus; & ideo audiētiam contradictarum cuſtodire teneatur, tamen de perſona hæredis creditoris certus non eſt. Hæc quoque ad partes citatio eſt cōtra hæredes debitoris neceſſaria; ut de eorum auctoris debito certiores reddantur. Hac exequuta, & in actis reproducta citatione
3 agens ad obligationis exequutionem, ſiue hæres creditoris contra debitorem, ſiue creditor contra debitoris hæredes perſonas, tam pro ipſius, quàm rei, ſeu reorum parte legitimare tenetur; etiam quòd ei non fuerit oppoſitum: aliàs proceſſus nullitatis uitio ſubiacebit. Et quia ſupra ſæpius, & ſignanter in hoc capite de audiētia contradictarum meminimus, à propoſita materia non longe digrediendo, aliqua de contradictis ipſis, ac de editis, quæ ſcitu ne-
4 ceſſaria uidentur referre decreui. Audientia contradictarum eſt locus publicus in Vrbe, in quo citantur ad omnes actus, in cauſa neceſſarios omnes contumaces ab Vrbe abſentes, contra quos ratione moræ in non ſoluendo, & contumaciæ in non comparendo proceſſus per contradictas datur. Citantur ibi quoque ij, ad quorum præſentias tutus non permittitur acceſſus, ut inferius aptiori loco dicemus. Quæ citationes, quas contradictas uocant, leguntur in prædicto publico loco per contradictarū notariū, ſiue illius ſubſtitutū diebus iuridicis, & nō feriatis in honorem Dei, aut de palatij Apoſtolici obſeruantia, & audientijs Rotæ durantibus.
5 Vacationum autem tempore non leguntur contradictæ, ſed affiguantur per curſores edicta in acie campi Floræ. Citationum publicarum modi huiuſmodi uidentur modum antiquę ætatis imitari: in qua locus erat in monte Citorio, ſeu uerius Citatorio Vrbis

ad citationes publicas exequendas,per affixionem ad columnam, quæ etiam ibi hodie uiſitur,deputatus. Decreui pariter citationū eiuſmodi exempla, pro intelligentia, de his practicam non haben-
6 tium infra locare. Forma contradictæ. Mandat Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus D. Auditor cameræ, ſiue R. P. D. Locumtenens citari per audientiam publicam literarum contradictarum,vt moris eſt,& citat quoſdam N.& N. ex aduerſo principales,omneſque alios, ſua quomodolibet intereſſe putantes, eorūq; procuratores, ſi qui pro eis ſint in Romana curia; quatenus prima die iuridica proximè futura compareant in iudicio legitimè coram eorum altero ad dicendum contra iura producta, & repetita,uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit; nec non ſoluendum infraſcripto inſtanti iuxta formam eorum obligationis;aliàs uidendum contra eos relaxari mandatum exequutiuum, per illos;in dicta obligatione ſuſceptum:vel dicendum &c. In cauſa,&cauſis,coram eo uertentibus inter dictos citatos ex una, & N. principalem,ſuper certa pecuniarum ſumma, rebusq; alijs &c. partibus ex altera. Alioquin &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in eadem audientia literarum contradictarum,ſub anno à Natiui-
7 tate &c.die &c. Pontificatus &c.Edicti exēplar. Hieronymus Matthæus, Prothonotarius Apoſtolicus,cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor &c. Præſenti publico edicto, aciei campi Floræ, ut moris eſt,affigendo,& publicando citamus,& citari mandamus quoſdā N.& N. ex aduerſo principales, omneſq; alios &c. eorumq; procuratores,ſi qui &c. quatenus prima die iuridica,proximè futura compareant in iudicio legitimè coram nobis, ſeu R. P.D. Locumtenente noſtro ad dicēdum contra literas citatorias, ad partes decretas,exequutas,& reproductas, iuraq; producta, & repetita, uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit, nec non mandari extendi obligationem in forma cameræ, in dictis iuribus appoſitum iuxtà ſtylum curiæ; vel dicendum &c. In cauſa, & cauſis, uertentibus coram nobis inter dictos citatos ex una,& N. principalem ſuper certa pecuniarū ſumma,rebusq; alijs,&c. partibus ex altera. Alioquin &c.Hanc aūt &c. Decernentes &c. In quorū fidē &c. Datum Romæ in palatio iudiciali
8 noſtro anno à Natiuitate &c.die &c.Pōtificatus &c.Citationes anteſcriptæ p cōtradictas,& p edictū nō ſolū ab Auditore cameræ,ſed ēt à iudicibus quibuſuis Romanæ curiæ ordinariis,& delegatis decernuntur.

nuntur. Præterea ab ordinariis citationibus, quæ per curatores
fiunt in modo ſolari exequutionis differunt. His obiter de contra
dictis,& edictis relatis ad rem, in capite hoc propoſitam deuenio.
Facta perſonarum legitimatione, de qua ſupra mẽtionem fecimus
ad cæteros omnes actus vſque ad mandati relaxationem,illiuſque
exequutionem modis,quos ſupra de exequutione obligationum,
in quibus nulla eſt mutata perſona loquentes, poſuimus procede-
tur, & citationes idem ac ſi per curſores fierent in ſubſtantialibus
9 continebunt iuxta obligationum naturam. Notandum tamen
eſt;quòd ſi mortuo debitore contra illius hæredes ages, mandatũ
exequendum in bonis hæreditariis, non autem contra hæredum
10 perſonas (regulariter loquendo obtinebis.Et ſi bona hæc hæredi-
taria per plures hæredes, etiam per diuiſionem illorum inter eos
factam ſeparatim poſsidentur;creditori mandatum in bonis hære
dis cuiuſlibet in ſolidum ad eius libitum licebit.Si creditor diffici-
lem crediti ſui exactionẽ contra bona hæreditaria inuenit,& aliud
remedium quærit uidendum eſt utrum hæredes ſint cum ben.I.&
11 inuentarij, uel ſimpliciter ſe in hæreditate immiſcuerint. Si hære-
des ſimpliciter; ut in dubiis præſupponi ſolent (non exiſtimatur
enim hæredem per aditionem hæreditatis cum ben.I.& inuentarij
iniuria defunctũ affeciſſe)pro uirili portione actione reali,& per-
12 ſonali coguntur.Quia hęres defuncti hæreditatem ſimpliciter ad-
eundo tacitè cum hæreditariis creditoribus contrahere, & modo,
& forma,quibus defunctus erat obligatus ſe obligare uidetur.Prę
defunctus enim ſuus ſe ipſum, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores, ac
ſua,& hæredem,ſucceſſorumque ſuorum bona obligauerat:quàm
quidem obligationem per actum aditionis hæreditatis hæres ipſe
ratificare uidetur.Et eo caſu poterit tanquam, & principalis cita-
ri ad ſoluendum iuxta formam obligationis quondam N. ſui au-
toris,aliàs uidendum relaxari mandatum exequutiuum, ĩn quod
prædictus N.conſenſit in bonis hæreditarijs & propriis, & contra
ipſum perſonaliter exequendum. Et iudex facit decretum, niſi ad
13 primam diem,cum intimatione.Ad quam ſolutionem, & promiſ
ſorum per eius autorem obſeruationem tenetur ex iuramento de
functi:quod licet non ſit tranſitorium ad hæredes quoad pœnam
periurij,& cenſurarum;tamen quoad illius obſeruantiam tranſit.
14 Et adeo hoc ueritati nititur; quòd ſi eccleſia hæres inſtituta fue-
rit,& hæreditatem ſimpliciter adiuerit,& inuentarium non confe

15 cerit hæreditarij creditoribus ſatisfacere tenetur. Conceditur et ſimilis exequutio contra hæredes cum ben.l. & inuent. perſonaliter, & realiter in propriis bonis, ultra hæreditarias uires, quando ex eorum parte, reſpectu aditionis hæreditatis, & inuentarij confectionis, dolus cōmiſſus appareat, uel ſolennitates, à iure requiſitæ
16 ſeruatæ nō ſint, de quibus infra ſermonē faciā. Tenetur hæres, allegans ſe eſſe hæredem cum ben.l. & inuentarij de inuentario ſolēniter facto incontinenti docere: alioqui citabitur ad docendum legitimè de prætenſo inuentario hæreditatis, & bonorum quondam N. per eum allegato, nec non exhibendum bona in eo deſcripta, ſeu de illis computum, & rationem reddendum; aliàs de ſuo proprio ſoluendum, & uidendum contra ipſum decerni, & relaxari mādatum exequutiuum, exequendum realiter, & perſonaliter, & contra propria bona. In hoc articulo, tanquàm à principali negocio dependenti exequutiuè, ut in principali negocio proceditur; procedendum erit, cum de principali, & acceſſorio idem ſit iudicium. Si ſecus enim fieret, ſequeretur acceſſorium melioris conditionis eſſe, quàm ſi principale, quod abſurdum eſt.

De validitate citationis, per Auditorem Cameræ decretæ poſt illius obitum, uel aſſumptionem ad Cardinalatum. Cap. XLIIII.

1 *Citatio per Auditorem Cameræ decreta, etiam poſt illius ad Cardinalatum aſſumptionem, uel obitum exequi poteſt.*
2 *Afficit eiuſmodi citatio non ſecus, ac ſi tempore noui Auditoris decreta fuiſſet.*
3 *Ceſſante perſona non ceſſat officium.*
4 *Mortuo Auditore, vel Cardinale creato, Pontifex Viceauditorem deputat, qui vſque ad noui Auditoris electionem ius reddit.*
5 *Nouus Auditor à Pontifice eligitur, & ab eo non autem à præceſſore iuriſdictionem accipit.*
6 *Cur auctor hoc caput poſuerit, cum liquido appareat has citationes valere.*

CITA-

1 CITATIO, monitorium,& quæcunque alia expeditio ab Auditore Cameræ conceſſa;ſiue in Romana curia, ſiue extra eam exequenda ſit; licet ante illius exequutionem Auditorẽ in ampliſsimum Cardinalium collegium adſciri, uel naturæ debitum perſoluere contingat; exequi,& intimari, ac nouus ſucceſſor Auditor ad ulteriorem illius exequutionem, abſque alia nouiter concedenda citatio-
2 ne procedere poteſt.Sufficit enim hæc citatio,& arctat ſic exequuta citatum,æquè ac ſi noui Auditoris tempore conceſſa foret,quia
3 ſi ceſſat perſona non propterea ceſſat officium,& uacante perſona
4 redditur ius,ut antea reddebatur; nã interim Viceauditor à ſum-
5 mo Pontifice deputatur; & nouus Auditor in præceſſoris locum ab ipſo ſummo Pontifice,non autem a præceſſore Auditoris con-
6 ſtituitur,& iuriſdictionem accipit.Hęc de citationum eiuſmodi uiribus,& ſubſiſtentia à pluribus, etiam iure conſultis interrogatus, non quòd ea dubitationis principium habeant,retuli.

An mortuo creditore poſt monitorium exequutum, & reproductum aliud requiratur. Cap. XLV.

1 *Citatione,uel monitorio ante creditoris obitum exequuto,& reproducto, non eſt opus noua citatione.*

2 *Quare noua citatio non requiratur.*

1 EADEM ratione ſi monitorium, citatio, aut alia quæuis expeditio ad inſtantiam N. expedita fuerit, iſque poſt illius legitimam exequutionem,& in actis reproductionem deceſſerit;nouum monitorium, ſeu noua citatio ad illius hæredis inſtantiam non requiritur.
2 Quia hæres in locum illius qui illam obtinuit ſurrogatur, & iudicium ad hæredis inſtantiam, in quem inſtantia quælibet tranſire uidetur proſequendum eſt.Idem ſeruandum erit contrarium non comparentem, tanquàm contumacem; cum iuri conſentaneum non uideatur, quòd per illius contumaciam ipſe durior efficiatur aduerſarius. Vtroque tamen caſu tutius eſſe exiſtimarem nouam cita-

citationem pro ulteriori cauſę proſequutione, & expeditione obtinere: poſſet enim hæres ignorantiam litis pendentiæ allegare.

De aliquibus, ad exequutionem Cameralis obligationis attinentibus, quæ notarij officium concernere uidentur. Cap. XLVI.

1 *Notarius eſt oculus iudicis, præſertim in materiis exequutiuis.*
2 *In exequutiuis iudex ut plurimum fidem notarij ſequitur.*
3 *Officium diligentis ſubſtituti.*
4 *Inſtrumenta exequenda debent legitimè eſſe recognita, non abolita, non ſuſpecta, nec diminuta.*
5 *Obligatio exequenda ſit liquida, & ſi eſt conditionalis purificetur.*
6 *Agens ex contractu tenetur adimplere contenta in eo.*
7 *Obſtant interdum exequutioni capitula correſpectiua, uel diuerſa.*
8 *Agens inſtrumento debet eſſe in eo nominatas.*
9 *Non agitur ex inſtrumento ante diem, ſolutioni adiectam.*
10 *Neceſſaria eſt ante exequutionem perſonarum legitimatio, & quomodo.*
11 *Si proceditur pro fideiuſſore contra confideiuſſores uigore acceſſionis mandatum dempta illius rapta conceditur.*
12 *Intimatio ceſſionis fit per contradictas, ſecus ſi eſt facta in fauorem tertij, non obligati.*

ANTEQVAM ad alia, quæ plus ponderis habere uidentur deueniam pauca hæc, quæ ad notarij officium atti-
1 nere uidentur referam. Et primo; quia in his præſer-
2 tim cauſis exequutiuis; notarij, ſeu ſubſtituti debent
3 eſſe oculi iudicis; cum eorum fidem in illis ut plurimum iudices ſequantur; diligenter animaduertant prudentes ſubſtituti, antequã mandata ad iudicem expedienda deferant, an omnes termini iuxta præmiſſum ſtylum legitimè præceſſerint. Inſtrumenta, quorũ
4 petitur exequutio, ſumma adhibita diligentia inſpiciant; quòd ſint ſufficienter recognita, non abolita, non cancellata, nec in aliqua illorum parte ſuſpecta, ſeu diminuta ſaltem in ſubſtantialibus, & in ſumma, quòd omnia ſua requiſita habeant, ad hoc ut tanquàm inſtrumenta exequi poſſint; quæ uidere poterit à Galleſio in eius tractatu de cam. ob. in 3. par. 1. quæſt. & alijs partibus & quæſtio-

quæſtionibus dicti tractatus enumerata. Quem tractatum diligentem ſubſtitutum, tanquam ei non parùm proficuum, ac eius officij, ac eorum, quæ in præſenti meo libello dicuntur intellectui apprimè neceſſaria uidere, & reuidere ſæpius conſulo: poſſet enim ob terminorum ignorantiam errorem non leuem committere, & ob id nomini ſuo maculas iniicere, & partium damno, & detrimen-
5 to eſſe. Videat preterea an obligatio, cuius exequutio petitur, ſit liquida, an uerò aliquam habeat conditionem, quæ ex parte agen-
6 tis, qui illam purificare tenetur purificata non ſit: quia agens ex
7 contractu debet prius adimplere contenta in eo. Inſuper ſi plura ſint capitula in eadem obligatione poſita, quæ ſint correſpectiua,
8 uel diuerſa, & aliter quòd obſtet agenti agendi exceptio. Si agens
9 ex inſtrumento ſit in eo nominatus. Si tempus ſolutionis aduene
10 rit, habeatq; diem adiectæ ſolutionis. Si ſint legitimatæ perſonæ, tam actoris, quàm rei conuenti: actoris ſcilicet, quòd eius perſona legitimè ſtare in iudicio; rei uero, quòd ipſe debitè conueniri poſsit. Ne igitur notarius, ſeu ſubſtitutus errando, ſecum etiam iudicem errare faciat inſtrumenta iudici deferat, & per eum ante mandati expeditionem legi curet eo magis ſi contra abſentes proceditur, qui nequeunt uerum exceptiones, & defenſiones propo-
11 nere. In ſimili proceſſu qui ſit per contradictas ſuis edicti publicum, uidi & etiam audiui aliquos iuuenes ſubſtitutos pluries errasſe, dum proceditur ad inſtantiam fideiuſſoris ſoluentis aliquam partitam pro principali debitore, qui obtenta ceſsione iurium a creditore, agit contra principalem debitorem & confideiuſſores obligatos, & conceditur ei mandatum contra confideiuſſores pro tota atque integra ſumma, & male quia licet contra principalem debitorem pacti poſsit pro tota ſumma, in quo ad alios confideiuſſores debet debui & defalcari rata ipſius ceſsioni qui eſt confide iuſſor cum alijs obligationibus, & propterea erit per ſubſtitutos bene aduertendi in expeditione mandati, quod detracta rata ipſius confideiuſſoris contra alios inſolidum obligatos pro reliqua ſumma exequutio committatur; ſi uerò aderit aliquis ex confideiuſſoribus qui notoriæ habentur pro non ſoluendo, nulla de eo ratio habentur, & rara illius nullatenus computatur; id cenſui ad memoriam eorundem ſubſtitutor, reduxiſſe, ad tollens præiudicium
12 quod ut plurimum errore partibus infertur. Et licet aliqui docti uiri probabiliter alias dixerit, intimationē ceſsionis huiuſmodi

I ualide

ualide fieri non poſſe per contradictas, cum ante exequutionem obligationis requiratur quod ea obligatis legitime intimetur. tñ ex longo vſu tribunalis, qui pro lege habetur, contrarium ſeruatur; ſed tantum prædicta locum habent quando ceſsio facta eſſet ad fauorem tertij non obligati, neque in contractu nominati; quia cũ veniat extra conſiderationem intellectus utique dicendum erit talem ceſsionem ante exequutionem eſſe legitime intimandam.

De remiſſoria pro Cameralis obligationis liquidatione. Cap. XLVII.

1 *Non conceditur remiſſoria pro liquidatione obligationis, niſi principali legitimè citato.*
2 *Non arctat citatio per contradictas: licet ſtylus forte id concedat.*
3 *Stylus eſt ſtricti iuris.*
4 *Si obligatio eſt liquida ſufficit quomodocumque principalis citetur, & arctat citatio facta contra procuratorem.*
5 *Secus euenit in obligatione non liquida, & quare.*
6 *Longus uſus iuri comparatur.*

1 SI contingat pro Cameralis obligationis liquidatione ad decretum remiſſoriæ procedi; remiſſoria hæc non
2 decernitur præcedente citatione per contradictas, ſed requiritur citatio, perſonaliter facienda. Nec obſtat
3 allegatio ſtyli Auditoris Cameræ tribunalis, ita permittentis: quia ſtylus ſtricti iuris eſt, & non debet extendi. Et hæc ualida ratio eſt: quando enim obligatio eſt liquida, ſi procurator conſtitutus debitum fatetur, nullæ aliæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando, ſeu exequendo; & ideo ſufficit utcunque principalis citetur: ſecus autem quando obligatio non eſt liquida: quia cum agatur de liquidanda cauſa, & ob id de graui præiudicio, procurator conſtitutus nihil fateri poteſt, niſi obligatione liquidata; ad quam liquidationem faciendam legitimè eſt principalis citandus: alioqui remiſſoria, abſque partis citatione decreta reperiretur, & graue præiudicium parte non citata inferretur. Attamen ſi per contradictas hæc liquidatio fiat, proceſſus ſaluabitur ex longo tribunalis uſu, qui iuri eſt comparandus.

De

De exequutione mandatorum, extra Auditoris Cameræ tribunal relaxatorum, extra Vrbem facienda. Cap. XLVIII.

1 *Mandata ui Cameralis obligationis in curia Capitolij, & Vicarij aliquando relaxantur.*

2 *Hæc mandata nequeunt extra Vrbem ultra quadrageſimum ab ea lapidem exequi, & quare.*

3 *Citatio pro exequutione mandatorum eiuſmodi neceßaria, quæ coram Auditore Cameræ fit.*

4 *Negat interdum Auditor Cameræ hanc exequutionem, & nouus proceſſus requiritur.*

1 VIGORE Cameralis obligationis relaxantur nonnunquam mandata exequutiua in curia Capitoli, & Illu-
2 ſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi domini Vicarij Papæ: ſed cũ extra Vrbem in locis, ab ea per quadraginta milliaria diſtantibus prædictorũ iudicũ auctoritate exequi non poſsint, cum eorum iuriſdictio ultra dictum terminum non extendatur;
3 Auditor Cameræ, uti quarumcunque ſententiarum, in Romana Curia latarum exequutor aditur pro habenda exequutione, aut in ſubſidium excommunicatione, quæ ambo ſolent per Auditorem Cameræ concedi præuia citatione per contradictas. Ad dicendum contra iura producta, & repetita, uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non uidendum mandari exequi mandatum, aliàs per d. iudicem N. relaxatum, mandatumq; de illud exequendo, deſuper neceſsarium, & opportunum ad partes concedi, & relaxari, ſeu in iuris ſubſidium uidendum ſe excommunicari, & literas declaratorias, deſuper opportunas decerni, & relaxari. Et idem pro hoc mandato de exequendo, ſeu literis ſoluitur, quod ſolueretur ſi in tribunali mandatum exequu-
4 tiuum à principio fuiſſet relaxatum. Aliquando Auditor Cameræ exequutionem mandatorum huiuſmodi concedere recuſat, & tunc noua opus eſt inſtrumenti coram eo productione, & nouo in eius Tribunali contra debitorem proceſſu.

I 2 De

De citationibus, & illarum exequutione. Cap. XLIX.

1 *Omnes citationes in cauſis exequutiuis uigore obligationis uſque ad quamcunque ſummam, & in ordinarijs uſque ad uiginti ducatos domi dimiſſa copia exequuntur.*
2 *Ex commiſſione, excitatoria iuriſdictionis non alteratur proceſſus exequutiuus.*
3 *Tamen citationes perſonaliter exequendæ ſunt.*
4 *Lunæ, Mercurij, & Veneris ſeruabuntur termini ob ſuperuentum nouæ commiſſionis, niſi in ea dicatur ſingulis diebus, & horis.*
5 *Si reus uult ab impetitis abſolui proceſſus eſt ordinarius.*
6 *Obligatio Cameralis non habet actionem paſſiuam, ſed tantùm actiuam ex parte creditoris.*
7 *Citationes ad dicendum contra fiunt ad primam diem, etiam per contradictas.*
8 *Per contradictas relaxatur interdum mandatum pendente termino ad opponendum.*
9 *Poſt intimationes niſi ad primam diem exequutas expectatur lapſus illius primi diei, qui ſit iuridicus.*
10 *Si intimatio decreti facti cum intimatione ſimpliciter perſonaliter exequitur, poteſt ſtatim illa exequuta decretum exequi.*
11 *Secus ſi exequitur domi dimiſſa copia; quia expectatur lapſus diei, quo exequuta fuit.*
12 *Nulla citatio poteſt fieri ad hodie per totam, niſi perſonaliter fiat.*
13 *Citatio facta ad hodie per totam non conualeſcit; etiam ſi expectetur prima dies iuridica.*

1 CITATIONES omnes in cauſis exequutiuis uigore Cameralis obligationis, uſque ad quamcunque ſummam, in ordinarijs uerò, uſque ad ſummam uiginti ducatorum domi dimiſſa copia de ſtylo tribunalis Auditoris
2 Cameræ fieri, & exequi poſſunt. Si autem in cauſa (vel exequutiua fuerit, vel ordinaria) pro parte actoris, vel rei commiſsio, quæ
3 tantùm iuriſdictionis excitatoria ſit ſuperuenerit; licet non propterea proceſſus alteratur exequutiuus, ita ut ordinariè, & ad terminorum

minorum ſubſtantialium obſeruationem procedi debeat; citatio-
4 nes ſubſtantiales perſonales requiruntur. Et niſi in commiſsione facultas procedendi ſingulis diebus, & horis data fuerit; ſiue cauſa ſit à principio commiſſaria, ſiue ordinaria, & poſtmodum commiſsio ſuperuenerit; debent termini ſeruari diebus Rotalibus, Lunæ, ſcilicet Mercurij, & Veneris; & ſi alijs diebus ſeruantur nulli
5 ſunt. Aduertendum tamen eſt; quòd ſi reus aliqua ratione ab impetitis abſolui curauerit; proceſsus eſt ordinarius, & termini ſubſtantiales, ut in cauſis ordinarijs ſeruantur. Nam Cameralis obli
6 gatio non habet reciprocam, & paſsiuam actionem, ſed actiuam ſolummodo ex creditoris parte; ut infra dicam. Citationes ad di-
7 cendum contra ſemper ad primam diem fiunt, & aliàs factæ nullæ, & inualidæ ſunt; etiam ſi per contradictas, & parte non opponente fiant. Per contradictas fiunt aliquando citationes ad dicendũ
8 contra ad primam diem, & relaxari mandatum per totam. Quod mandatum pendente termino ad primam diem ad opponendum expeditur, & pacti conſignatur: & uidetur potius ex quodam antiquo uſu, quàm iuris permisſione poſſe ſuſtineri: quia pendente termino ad opponendum non deberet concedi. Intimationes niſi
9 ad primã diem, aut perſonaliter, aut domi dimiſſa copia exequantur, antequàm ad decreti exequutionem deueniatur expectatur lapſus totius illius primæ diei, quæ iuridica eſſe debet. Si decretum
10 aliquod repoſitionis, uel alterius actus cum intimatione ſimpliciter; fiat facta perſonali decreti huius intimatione, illa ſtatim reportata ad eiuſdem exequutionem proceditur. Si uerò intimatio do
11 mi dimiſſa copia à curſore fiat nequit decretum exequi, niſi tranſacta die, quo facta fuit intimatio. Non poteſt quis per totam au-
12 dientiam citare, niſi perſonaliter citatio exequatur; & ſi domi di-
13 miſſa copia ſit non afficit, nec etiam ſi prima dies iuridica expectetur tenet quia nulla eſt, atque iterum exequenda.

De ſummis in petitione mandati relaxationis exprimendis. Cap. L.

1 *Incertis caſibus ſpecificatio certæ ſummæ non requiritur.*
2 *Quo caſu actor ſpecificare ſummam petitam teneatur.*

ETIAM

1 ETIAM ſit quælibet petitio, iudicialiter facta certa eſſe debeat, & in tribunali Auditoris Cameræ ab Illuſtriſsimo Cardinali Riario, tunc Auditore mandatū fuerit, quòd in debiti confeſsione petitio certæ ſummæ exprimi deberet: nihilominus abſque aliqua expreſsione in petitione ad mandati relaxationem proceditur, & in illius expeditione ſolùm ſumma ſpecificatur. Verùm quando agitur vigore inſtrumenti, in quo de fructibus mentio fiat; puta ſocietatis officij, cenſus, penſionis, domus, uel caſalis, aut annuæ præſtationis, nec in petitione, nec in mandati expeditione cauſa fructuum ſumma ſpecificatur, ſed dicitur tantum pro fructibus decurſis, & non ſolutis.

2 Nota tamen, quòd ſi reus conuentus fuerit hæres, aut alius nouus ſucceſſor, qui de ſui auctoris facto ignorantiā allegat, tenetur actor ad rei petitionem ſummam certam declarare.

De repoſitionibus. Cap. LI.

1 *Reponit appellantem Auditor Cameræ quandocunque in cauſis exequutiuis, etiam ſi decretum in iudicatum tranſierit.*

2 *Decreta in exequutiuis quoad iudicem nunquàm in exequutionem tranſeunt.*

3 *Solet Auditor Cameræ à quibuſcunque decretis diffinitiuis, etiam abſolutorijs ad rei fauorem factis reponere.*

4 *Decernit iudex niſi infra tres, uel niſi ad primam; ut interim partes audire poſſit.*

5 *Si decretum in ſcriptis per cedulam latum eſt, non poteſt iudex reponere, & quare.*

6 *Proceditur ordinariè in cauſis, in quibus reus inſtat abſolui.*

1 CONSVEVIT Auditor Cameræ in iſtis cauſis exequutiuis ſemper, & quandocunque appellantes reponere; etiam
2 quod decreta fecerint tranſitum in iudicatum: Licet enim quoad partem in iudicatum tranſeant, quoad iu-
3 dicem nunquàm tranſeunt. Solet etiam hos repoſitiones facere à decretis abſolutoriis, factis in fauorē rei cōuenti, & à quibuſcūq;
4 aliis definitiuis, uel uim diffinitiuæ habentibus. Et præſertim qñ ſubeſt conditio niſi ad primā, niſi infra tres, uel alia ſimilis: quia iudex

iudex decreta eiuſmodi animo partem audiendi an aliquid rele-
5 uans alleget, uel deducat facere uidetur. Id tamen non ſeruatur in decreto diffinitiuo, in ſcriptis facto, per cedulam ſcilicet ſententiæ à iudice ſubſcriptam: ab ea enim iudex reponere non ſolet, cum officio ſuo functus ſit: ſed appellationi defert per reſponſionem termini iuris, uel aliam, & cauſa ad alium iudicem deuoluitur. Et appellatio ab huiuſmodi decreto recipitur; quia Cameralis obligatio non habet, ut dixi, reciprocam actionem, & facultatem, ut in a-
6 gendo. In his decretis abſolutoriis, ſi ualor rei, de qua agitur ſummam ducentorum ſcutorum excedat termini ſubſtantialis, de curiæ ſtylo ſeruari ſoliti ſeruantur; nam tunc non exequutiuè, ſed ordinariè proceditur.

De curatoris deputatione. Cap. LII.

1 *Citatio pro obtinenda exequutione in bonis debitoris, qui in curia obijt nullis relictis hæredibus, qui citari poſſint.*
2 *Decretum ui huius citationis.*
3 *Poſt primam citationem fit alia ſimilis citatio per duos curſores.*
4 *Poſt hanc ſecundam fit citatio per affixionem iuxta formam decreti.*
5 *In termino citationis quarto pro quarta dilatione curator hæreditati iacenti deputatur.*
6 *Deputato curatore contra eum, æquè ac contra principalem proceſſus formatur.*
7 *Si eſt inſtitutus certus hæres in teſtamento defuncti, qui abſit ab Urbe proceditur modo antedicto, ſed curator illi hæredi certo, non autem hæreditati iacenti deputatur.*
8 *Quomodo procedendum contra hæredem minorem.*
9 *Si hæres eſt infans, non poteſt citari, & quare.*
10 *Qui citari debeant, quando hæres, eſt infans, & quomodo.*
11 *Infanti proximior aliquis in actorem eligitur.*
12 *In omnibus prædictis caſibus mandatum cõtra bona defuncti decernitur.*
13 *Si curator non eſt deputatus ad omnes cauſas alij creditores contra eum proceſſum formare non poſſunt.*
14 *Deputatur aliquando curator furioſo, & quomodo.*
15 *Curator deputatus debet aliquas defenſiones facere.*
16 *Omnes citationes prædictæ fiunt ad primam diem, & per curſores.*

Curſo-

17 *Curſorum auctoritas.*
18 *Differentia mandatariorum à curſoribus.*

1 SI quis habeat debitorem, qui in curia decedat nullis relictis hæredibus, qui citari poſſint ad effectum habẽdi exequutionem contra bona ita proceditur. Citentur hæredes, ſi qui ſint, uel eſſe uelint quandam N. ad comparendum legitimè, & acceptandum uel refutandum hæreditatem præfati quondam N. aliàs uidendum deputari curatorem illius hæreditati iacenti primo pro prima dilatione ad primam diẽ. Citatio hæc datur curſori qui facta diligentia de reprimendo hæredes domi, in qua dictus q. N. mortuus fuit in uicina, & alijs locis
2 publicis, & de hoc relatione facta iudex committit hanc diligen-
3 tiam, per duos curſores faciendam. Quo facto fit alia ſimilis citatio, & traditur eidem curſori, qui una cum alio curſore diligentiã facit; & ſubinde ambo referuntur feciſſe diligentiam, & non inue
4 niſſe, ut ſupra. Sequuta hac diligentia per duos curſores iudex decernit proceſſum per affixionem ad ualuas curiæ, & domicilij defuncti, ſi illud habebat, ſin autem per affixionem ad ualuas curiæ, & aciei campi Floræ. Poſt hæc fit alia citatio hunc in modum. Citentur per affixionem ad ualuas curiæ, & aciei campi Floræ, ſeu domos ſolitæ habitationis quendam N. hęredes ſi qui ſint &c. ſequere ad unguem ut in citatione ſupra poſita. In huius citationis termino iudex mandat citari ad idem pro ſecunda dilatione. Et fiũt aliæ tres citationes ſimili modo pro ſecũda, pro tertia, & pro quarta, & ſuperabundanti dilatione interpollate, una die pro alia, & præuio iudicis decreto. In termino ultimæ citationis, quæ fit pro quarta & ſuperabundanti dilatione comparet creditor, & curatorem hæreditati iacenti deputandum, ac fideiuſſorem pro eo con-
5 ducit. Quem curatorem iudex deputat, & pro eo fideiuſſor promittit, quod utilia faciet pro hæreditate, ac inutilia prætermittit,
6 ipſamque hæreditatem indefenſam non relinquet in forma. His
7 præmiſsis citatur curator ad omnes actus, pro exequutione Cameralis obligationis requiſitos ac ſi eſſet principalis: & in ſumma contra eum, tanquàm contra principalem iudicium iuxta cauſæ naturam formatur. Verùm ſi debitor in curia moritur condito teſtamento, & in eo relicto certo hęrede, qui ab Vrbe abſit; pręcedentibus diligentiis, modo præmiſſo faciendis curator, ſeu defenſor hęreditati,

reditati, & bonis defuncti non autem hereditati iacenti deputatur;cum certus adſit hæres :contra quem iudicium,ut natura cau-
8 ſę ſuadet, formatur. Sed ſi mortui debitoris hęres minor ſit, & curatore indigeat,citatur ipſemet hæres, quamuis minor ſit,ad comparendum legitimè;aliàs uidendum ſibi deputari curatorem, ſeu actorem ad lites primo pro prima dilatione. Et ſeruatis modo antedicto quatuor terminis hęredi ipſi, legitimè non comparenti actorem ad lites,uel curatorē deputat; cum quo fit legitimus pro-
9 ceſſus. At ſi hæres infans eſt,& minor ſeptennio,non poteſt ad cauſam citari:cum non habeat uelle,neque nolle;ſed citatur tutor teſtamentarius,ſi eſt,ſin autem mater tanquam neceſſaria, & legitima tutrix,& adminiſtratrix ſui filij,ſeu agnati,uel cognati,ſin minus citantur ij,in quorum eſt poteſtate ad comparendum in iudicio coram domino,& minorem defendendum,ac petendum ei curatorem, ſeu actorem ad lites deputari; aliàs uidendum illum per
10 dominum deputari. Et præcedentibus ſupra narratis dilationibus per iudicem actor ad lites,ſiue curator aliquis proximior, aut aliquo modo attinens deputatur ne infans indefenſus remaneat.
12 Fit proceſſus his citatis,& mandatum contra bona defuncti tan-
13 tùm conceditur. Si ſuperuenerit alij creditores, & citent curatores,ut præfertur,deputatos proceſſus non eſt ualidus;niſi deputa-
14 tio ſe extendat ad omnes minoris cauſas. Deputatur nonnunquā curator furioſo, ſeu mentecapto ad illius proximiorum inſtantiā; qui examinari faciunt teſtes ſummariè ſuper eo quòd N. eſt mentecaptus;hisque examinatis iudex perſonę,& bonis prædicti N. curatorem,in gradu proximiorem, cum ſolita cautione de utilia fa-
15 ciendo,& inutilia prætermittendo ex officio deputat. Non uidetur prætermittendum; ꝙ curator,aliquo ex relatis modis deputatus,dum citatur debet aliquas defenſiones in cauſa facere;alioqui licet ſolenniter ſit deputatus,ſi in principio,medio,& fine litis nihil opponit, poteſt de nullitate proceſſus dari; ſeu ſaltem minor iuuari beneficio reſtitutionis in integrum:quia paria ſunt curatorem non habere, & habere illum, qui comparere, & iura minoris defendere negligit. Idque eo magis affirmarē, cùm minor aliquas
16 pro ſe defenſiones haberet. In tribunali Auditoris Cameræ omnes ſupraſcriptæ citationes,ante curatoris deputationem neceſſa-
17 riæ fiunt ad primam diem,& per curſores. Qui poſſunt citari in quibuſcunque tribunalibus,tam in curia,quàm extra,etiam in par

K tibus

tibus longinquis,& remotis citra,& ultra montes, ac citra,& ultra mare,etiam alienæ iuriſdictioni,& non apoſtolicæ mediatè,nec im
18 mediatè ſubiectis. Mandatarij autem non poſſunt citari, niſi in tribunalibus,in quibus ſunt deputati, & non in cauſis commiſſariis;in illis enim ſolum curſores citant,& citationes,aliter exequutæ nullę, & inualidæ ſunt.

De hæreditatis aditione, & inuentarij confectione. Cap. LIII.

1 *Hæreditatis aditio; & inuentarij inchoatio per præſentes in curia infra duos menſes à die obitus fit.*
2 *Per abſentes ab Vrbe citra montes intra quadrimeſtre.*
3 *Per abſentes ultra menſes infra ſemeſtre.*
4 *In hæreditatis aditione unica peremptoria citatio contra incertos creditores ſufficit.*
5 *Hæc citatio quomodo fiat.*
6 *Contra certos creditores fit legitima citatio, & quæ.*
7 *Debitoris hæres non poteſt infra tempus inuentarium conficiendi conueniri, ſi id ante litis conteſtationem oppoſuerit.*
8 *Declaratio uiduis proficua, coram iudice facienda.*
9 *Formula aditionis hæreditatis,& inuentarij confectionis.*

1 EX tenore Bullæ à fe:re: Pio Papa Quarto ſuper reformatione ſignaturæ iuſtitiæ edita ſub dat. Calen. Ianuarij 1562. Aditio hæreditatis, & inuentarij confectio, ſeu inchoatio per hæredes præſentes in curia infra duos
2 menſes, à die obitus defuncti computandos,per abſentes ab Vrbe
3 citra montes infra quatuor menſes, per abſentes verò ab Vrbe vl-
4 tra montes intra ſex menſes fieri debent. Et licet ſint,qui uelint tutius eſſe in hæreditatis aditione, & inuentarij confectione incertos creditores uocare per proclama trina præmiſſa citatione, cum citatio per proclama, etiam exiſtentes extra locum arctet;tamen
5 de ſtylo tribunalis ſufficit unica tantum peremptoria citatio contra incertos:quæ aliquando per contradictas fit,interdum per edictum publicum, & nõ rarò per affixionem ad ualuas curiæ,& aciei
6 campi Floræ. Quando autē certi adſunt creditores tutius eſt illos

citare

citare legitimè ad videndum adiri hæreditatem q. N. cum beneficio legis, & inuentarij, dictumque inuentarium confici mandari
7 pro certis die, & hora. Aduerte tamen; quòd debitoris hæres infra tempus conficiendi inuentarium conueniri, & uexari non poteſt: quia beneficium à iure indultum nemini eſt auferendum. Sed ſibi præiudicat, hoc tamen priuilegio non gaudet, ſi poſt litis conteſtationem opponit. Volui infra dicendam declarationem, pauperi-
8 bus uiduis in aditione, & confectione huiuſmodi proficuam referre. Puta mortuo A. relicta pro ſe N. eius uxore, quæ ut plurimũ tutrix, & pro tempore curatrix eius, & dicti A. deputatur, & ſucceſsiue confirmatur à iudice, quando de hæreditatis uiribus dubitatur caueat mulier pro ſuæ dotis aſſecuratione ita declarare. Coram D.N. &c. iudice &c. D.N. relicta quondam A. dixit, aſſeruit, & in uerbo ueritatis declarauit conſtante matrimonio inter dictum A. & ipſam N. & uſque ad diem illius diſſolutionis per obitum dicti ſui uiri factæ, ipſam mulierem iure familiaritatis poſſediſſe, & inhabitaſſe domum eiuſdem quondam ſui mariti, poſitã &c. quam modò ipſa habitat, unà cum quibuſcunque melioramẽtis in ea factis, & à die obitus dicti ſui mariti citra domum prædictam, & melioramenta, non amplius iure familiaritatis, ſed ratione ſuarum dotium, & donationis propter nuptias, & aliorum ſuorum iurium retinuiſſe, & inhabitaſſe; prout etiam retinet, poſſeſſionis cauſam mutando. Idcirco, ut magis huiuſmodi ſua intẽtio, & animus, ac cauſę mutatio eluceſcãt, ac omnibus clarè appareãt, ſponte &c. omni meliori modo &c. coram eodem d. iudice, ut ſupra pro tribunali ſedente, meque notario &c. dicta D. N. dixit, & declarauit fuiſſe, & eſſe intentionis ſuæ ſtatim, & incõtinenti poſt obitum dicti ſui viri non amplius iure familiaritatis dictam domum, & melioramenta in ea facta poſſediſſe, & poſsidere, ſed ſtatim abinde citra illam, & illa poſsidere ratione ſuarum dotium, & donationis propter nuptias, ſeu augumenti dotis: ſaluis tamen remanentibus iuribus ſibi competentibus, non ſolum ſuper reliquis bonis hæreditatis dicti quondam ſui uiri, uerùm etiam ſuper omnibus bonis pro reſiduo dotis ſuæ, & donationis propter nuptias, & in omnem euentum pro tota dote, & donatione prædictis. Super quibus vult, & intendit ſemper, & quandocunque regreſſum habere. Et ita dicit, & declarat, non ſolùm modo, & forma præmiſſis, ſed etiam omni alio meliori modo. Præterea declarauit ipſam,

tanquam matrem ſuorum, & dicti quondam ſui uiri filiorum, ne illi indefenſi remaneant, illorum tutelam, & curam ſuſcepiſſe, & modo inuentarium ipſorum bonorum conficere uelle. Ob eamq; rem in primis, & ante omnia ſolenniter, & expreſsè, pro defenſione ſuorum iurium, & alias omni meliori modo &c. proteſtata fuit quòd ſi in inuentario per eam conficiendo ipſa dixerit in bonis, & hæreditate dicti quondam ſui uiri inueniſſe domum, & alia bona, quæ tanquam creditrix iure ſuarum dotium, & donationis propter nuptias nunc tenet, & poſthac poſsidere uelle declarat, & poſſeſsionis cauſam mutauit, & mutat; non intendit propterea poſſeſſioni, & mutationi cauſæ, ac omnibus ſuis iuribus in aliquo præiudicare, ſed duntaxat ſe dicturam ad effectum inuentarizandi bona, quæ in hæreditate ſui uiri tẽpore mortis illius reperta fuerint. Et hanc ſui animi declarationẽ repetere intendit in quolibet acta faciendo, ubi de ſuo præiudicio tractari poſsit. Præmiſſaque, ut pręfertur, fecit, dixit, declarauit, & mutauit nõ ſolummodo prædicto, ſed etiam omni alio meliori modo &c. ſuper quibus omnibus prædictis, tanquam ritè, & legitimè factis cauſa cognita idem iudex, ut ſupra pro tribunali ſedens, ſuam, dictique ſui officij auctoritatẽ pariter, & decretum interpoſuit. Suppletis omnibus iuris, & facti defectibus, ſi qui forſan interuenerint. Super quibus &c. actũ &c. præſentibus teſtibus &c.

9 Deinde, & incontinenti, coram eodem d. iudice, ut ſupra pro tribunali ſedente, meque notario &c. perſonaliter conſtituta dicta d. N. mater, tutrix, & curatrix ſuorum, & dicti quondam A. ſui uiri filiorum hęreditatem dicti quondam A. ab inteſtato, ſeu ex teſtamẽto delatam cum beneficio tamen legis, & inuentarij adiuit, & acceptauit, ac adit, & acceptat. Nec non recpetita citatione contra quoſcunque dictæ hæreditatis prætenſos creditores, ſi qui ſint, omnesq; alios ſua intereſſe putantes pro hac dĩe, & hora per edictum publicum, ſeu audientiam literarum contradictarum, ut moris eſt lecta, & publicata, illorumque contumacia accuſata; in eorum contumaciam præmiſſo uenerabili ſigno ſanctæ Crucis ✠, manu dictæ d. N. facto, inchoando inuentarium rerum, & bonorum in hæreditate dicti quondam ſui uiri repertorum dixit, & declarauit in eadem hæreditate inueniſſe domum prędictam, ut ſupra deſignatam, cum illius iuribus, & pertinentiis. Item &c. Quæ bona ad præſens in dicta hæreditate inueniſſe declarauit. Proteſtans inſuper, quòd ſi aliqua bona in præſenti inuentario

tario appóſita fuerint, quæ apponenda non ſint, pro non appoſitis habere intendit, & ſimiliter, ſi qua non fuerint appoſita, quæ apponenda ſint; cum primum ad eius notitiam deuenerint in præſenti inuentario fideliter,& legaliter deſcribi,& annotari facere curabit omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. actum ubi ſupra, præſentibus quibus ſupra, teſtibus &c.

De aperitione, & publicatione teſtamenti, in ſcriptis conditi. Cap. LIIII.

1 *Requiſita à iure in publicatione teſtamenti in ſcriptis.*
2 *Deſignatio formæ publicationis teſtamenti in ſcriptis iuxta magis frequentatum ſtylum.*
3 *Clauſula apponenda per notarios in actu conſignationis teſtamenti pro tutiori remedio.*

1 IN teſtamenti defuncti; cuius hæreditas aditur, in ſcriptis conditi, clauſi, & ſigillati publicatione hæres ordinarium iudicem adit, à quo præuio calumniæ iuramẽto teſtamenti publicationem petit. Qui mandat illos, de quorum intereſſe agitur ad hoc, & ſubinde teſtes teſtamentarios, & intereſſe habentes, illos ſcilicet ad recognoſcendum eorũ ſubſcriptionẽs, & ſigilla, hos autem ad uidendum teſtibus iuramẽtum deferri. Qui teſtes unus poſt alium examinantur, & à teſtatore, ut ſcriberent, & ſigillarent rogatos eſſe deponunt. His peractis iudex interloquitur ſcripturam illius teſtamenti eſſe publicã, & illi perpetuo fidem adhibendam: cui publicationi ſeptem teſtes
2 interſunt. Hæc de iure procedunt; uidi tamen in tribunali Auditoris Cameræ publicationes huiuſmodi paſsim in infrà deſcribendam formam quotidie recipi. Die &c. Coram R. P. D. N. Illuſtriſsimi D. Auditoris Cameræ in ciuilibus Locumtenente Romæ in domo ſuæ ſolitæ reſidentiæ ac in eius ſolito & conſueto loco ad iura reddendum, & cauſas audiendum pro tribunali ſedente, meq; Notario publico & teſtibus infraſcriptis comparuit D. N. & dixit ac innotuit eidem D. Iudici ut ſupra pro tribunali ſedente D. N. circa horam ſextam noctis præcedentis uita deceſsiſſe, condito eius teſtamento, clauſo, ac ſigilli defuncti impreſsione munito, ac à, ſeptem

ptem teſtibus ſubſcripto & ſigillato eorum ſingulis reſpectiue ſigillis, quod ego Notarius ad Iudicem detuli, & illi exhibui tenoris prout in eo, & cum ipſe comparens habeat intereſſe in bonis & hæreditate dicti q.N. & ut prouideri poſſit tam circa eius ſepulturam, quàm alia in eius teſtamento diſpoſita petijt per eundem D. Iudicem, ut ſupra pro tribunali ſedentem per me Notarium mandari aperiri, legi, & publicari dictum teſtamentum ex tunc dictus D. Iudex. attendens &c. informatus ut aſſeruit de morte, & mente teſtatoris mandauit per me Notarium aperiri legi, & publicari dictum teſtamentum. & his quorum intereſt unum uel plura publicum, ſeu publica fieri atque tradi inſtrumentum, & inſtrumenta, ſuper quibus &c. præſentibus ſoliis teſt. Melius tamen, &
3 tutius exiſtimarem, ad tollendum omne dubium; quòd notarius, dum teſtamentũ à teſtatore clauſum recipit referret in inſtrumento dictæ receptionis; quòd teſtator mandat teſtamẽtum poſt eius mortem aperiri, etiam nullis adhibitis iuris ſolennitatibus; & perinde ualere uult, ac ſi publicatio, ſiue aperitio ſolenniter facta foret. Renunciando quibuſcunque ſolennitatibus, tam ex iuris diſpoſitione, quàm conſuetudine, ac aliàs quomodolibet requiſitis.

De clauſulæ conſtituti exequutione. Cap. LV.

1 *Citatio pro exequutione clauſulæ conſtituti neceſſaria.*
2 *Quid agendum quando inſtrumentum eſt extra tribunal receptum.*
3 *Inſtrumentum, cuius clauſulæ conſtituti exequutio petitur, debet recognoſci, & non eſſe abolitum, non ſuſpectum.*
4 *Exemplar mandati de aſſociando.*
5 *Huius mandati uigore quid agat creditor.*
6 *Formula exequutionis mandati huiuſmodi.*
7 *Recognitio ab inquilino in actu exequutionis facienda.*
8 *Tutius remedium recognitionem ab inquilino habendi.*
9 *Pactum conſtituti, uel precarij non exercetur contra tertium poſſeſſorem, niſi illo citato.*
10 *Conſtitutum eſt minoris efficaciæ precario, & quare.*
11 *Precarium non extenditur ad bona hæredum debitoris, per ipſos hæredes acquiſita, & quare.*

Per

12 *Per precarium, appoſitum nullo, uel ſimulato contractui ciuilis non transfertur poſſeſſio, & exequi non debet.*

1 Ad exequutionem clauſulæ conſtituti appoſitæ in inſtrumento in tribunali Auditoris Cameræ recepto cõtra debitorẽ obligatũ procedere uolens: illũ citari ad uidendũ infraſcripto inſtanti concedi familiã ſeu, exequutores Curiæ, qui eum aſſocient in apprehenſione poſseſsionis domus ſibi uenditæ; & quodcunq; mandatum deſuper opportunum decerni, & concedi. In cuius citationis termino iudex mandatum de aſſociando decernit, & relaxat, niſi ad primam diem
2 cum intimatione. Si uerò inſtrumentum extra tribunal prænominatum eſt receptum, adde prædictę citationi ad dicendum contra iura producta, & repetita; uidendum iurare teſtes ſuper illorum
3 recognitione quatenus opus ſit &c. Exequuta intimatione, & reproducta, ac prima die iuridica poſt illius exequutionem elapſa, mandatum expeditur. Viſo tamen prius per iudicem inſtrumento, ſufficienter recognito, non abolito, non raſo, neque ſuſpecto.
4 Huius autem mandati hoc eſt exemplar. De mandato Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi d. Auditoris Cameræ, ſiue eius R.p.d. locumtenentis, & ad inſtantiam d. N. principalis. Tenore præſentium mandatur uobis Capitaneo, & exequutoribus curiæ noſtræ; quatenus uiſis præſentibus ſub quingentorum ducatorũ &c. aliisq; &c. pœnis debeatis N. qui uigore inſtrumenti uenditionis ſibi factæ domus ſitæ &c. & clauſulæ conſtituti in eo appoſitæ; ut in actis infraſcripti notarij ſub die &c. conſtat; intendit illius poſſeſsionem corporalem, realem, & actualem apprehendere, & retinere; ad illam aſſociaſſe, & contra quoſcunque impedientes poſſeſsionem illius pacificè apprehendere & retinere permiſiſſe, & curaſſe. Quoniam dicto A. uenditore citato in uim dicti inſtrumenti, & clauſu-
5 læ conſtituti. Dominus ita mandauit die &c. Cuius mandati uirtute emptor, aut creditor uocatis curiæ exequutoribus ad apprehendendam poſſeſsionem accedit; infradicendo modo. D. N. in uim uenditionis ſibi factę domus ſitę &c. per A. & clauſulæ conſtituti in illius inſtrumento appoſitæ, aſſociatus ab exequutoribus curiæ, illisq; præſentibus, & aſsiſtentibus, ad euitandum uiolentiam eidem forſan faciendam, in illius apprehenſione, ad eandem domum acceſsit, una mecum notario, ac poſſeſsionem domus præ-

dictæ,

dictæ, per illam intrando, deambulando, ſpatiando, portas, & feneſtras aperiendo, & claudendo pacificè, & quietè adeptus fuit. Proteſtans, quòd per quemcunque receſſum, per ipſum à dicta domo faciendum non intendit illius poſſeſsionem in aliquo dimittere, aut relaxare, ſed illam animo, & corpore continuare, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo. Super quibus &c.

7 Actum &c. præſentibus teſtibus &c. Si in domo aliquis erit inquilinus fiet per eum in actu apprehenſionis poſſeſsionis recognitio noui poſſeſſoris hoc modo. Et ibidem præſens d. M. inquilinus eiuſdem domus prædictum d. N. in dominum, patronum, & poſſeſſorem pręfatæ domus ibidem præſentem, & acceptantem recognouit; illiq; penſiones domus huiuſmodi in poſterum decurrendas ſuis debitis terminis, & temporibus cum effectu perſoluere promiſit hic Romę libere, & abſque aliqua exceptione: aliàs ad omnia damna &c. teneri uoluit. Pro quibus &c. ſe obligauit in

8 forma Camerę &c. Tutius tamen reor in apprehenſione poſſeſsionis, in qua aliquis inquilinus reperiatur illum è domo expellere,

9 & ſubinde illi ſeparatam locationem facere. Et quamuis Galleſius in ſui tractatus fine referat pactum precarij poſſe etiam contra tertium poſſeſſorem nō citatum exerceri; tamen id nunquàm obſeruari uidi, nec in precario, nec in conſtituto. Imò ſemper practicari uidi; quòd tertius poſſeſſor, licet cauſam à debitore habeat, ſemper citatur. Quia ubi de partis præiudicio agitur, ſemper citatio antecedere debet. Et contra hunc tertium poſſeſſorem extremis requiſitis uerificatis, ſeruato ſuprarelato proceſſu, man-

10 datum modo præmiſſo conceditur. Nota quòd precarium; etiam ſi debitor ſua, & hæredum bona præſentia, & futura obligauerit, & ſe precario nomine tenere conſtituerit, ad bona hæredum per ipſoſmet acquiſita nō extenditur: quia nemo ſe poſt mortem ſuam

11 precario nomine poſsidere conſtituere poteſt. Ad hęc nota quòd per precarium, in contractu ſimulato, uel aliàs defectu conſenſus nullo appoſitum ciuilis poſſeſsio non transfertur, & conſequenter exequi non debet: infecta enim primitiua etiam deriuatiua inficitur.

SALLVSTII TIBERII
A' CORNETO
DE
MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS,
quæ coram Auditore Cameræ aguntur.

LIBER SECVNDVS.

De modo procedendi in iudicio poſſeſſorio. Cap. I.

1 *Triplici in iudicio poſſeſſorio remedio utimur.*
2 *Poſſeſſorium adipiſcendæ datur quando poſſeſſio nondum fuit habita.*
3 *Poſſeſſorium retinendæ, quando poſſeſſio eſt turbata.*
4 *Poſſeſſorium recuperandæ, & reintegrandæ, quando poſſeſſio eſt perdita.*
5 *Exemplar monitorij in uim Saluiani interdicti ex remedio adipiſcendæ.*
6 *Remedium Saluiani interdicti conceditur aduerſus quemuis poſſidentem bona ſibi obligata, etiam mobilia, & ſe mouentia, quorum identitas probatur.*
7 *Monitorium ſuper iactationibus in iudicio retinendæ.*
8 *Aliud in eodem iudicio, in cauſa exigendæ penſionis.*
9 *Aliud ſimile contra ſucceſſorem in beneficio.*
10 *Monitorium ex remedio recuperandæ, uel reintegrandæ.*
11 *Actio ſpolij competit etiam hæredi ſpoliati, & datur contra hæredem ſpoliantis, & quare.*

1 PLVRIBVS modis, & formis monitoria in iudicio
poſſeſſorio fiunt, in quo de mera poſſeſsione agi-
tur, iuxta qualitatem, & contingentiam cauſa-
2 rum, quæ in tribunali occurrunt triplici remedio
à iure ſtatuto: ſcilicet poſſeſſorio adipiſcendæ,
quod datur quando poſſeſsio nunquàm fuit ha-
3 bita: poſſeſſorio retinendæ, quando poſſeſsio eſt
4 turbata: poſſeſſorio recuperandæ, quando poſſeſsio eſt deperdita.
Super quibus iudicijs monitoriorũ requiſitorum exemplar infra
locaui. Et primum erit monitorium, ui Saluiani interdicti fieri
5 conſuetum, quod in remedio adipiſcendæ exemplificatur. De
mandato Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi d. Auditoris Cameræ,
ſiue eius R.p.d. locumtenentis, & ad inſtantiam d. A. principalis
moneatur B. ex aduerſo principalis detentor, & poſſeſſor domus
ſitæ &c. iuxta &c. & alios ſuos notorios confines in actis, & pro-
ceſſu cauſæ ſuis loco, & tempore latius ſpecificandos; quatenus
infra triduum proximum ſub mille ducatorum auri Cameræ, piis
locis arbitrio Domini applicandorum, ac mandati exequutiui, &
in ſubſidium excommunicationis, aliiſq; &c. pœnis debeat poſſeſ-
ſionem realem, actualem & corporalem domus prędictæ, illiuſq;
iurium, & pertinentiarum eidem d. inſtanti dimiſiſſe, & relaxaſ-
ſaſſe, retinendam per illum donec ei fuerit de ſcutis trecentis debi-
tis per d.N. uigore inſtrumenti obligationis in forma Cameræ ſub
die &c. recepti, & pro quibus ipſe N. dictam domum, & alia ſua
bona inſtanti prædicto obligauit, & hypothecauit. Quoniam fuit
pro parte dicti inſtantis comparitum, & allegatum ſe uelle uirtutę
dictæ hypothecæ, & in uim utilis Saluiani interdicti, ac alterius cu-
iuſcunque remedij poſſeſſorij in poſſeſsionem dictæ domus, ut ſu-
pra retinendæ imponendum, & immittendum eſſe. Et ideo ſi
ſenſerit &c. Compareat &c. Alioquin &c. Conceditur monito-
rium eiuſmodi contra quemcunque detinentem, & poſsidentem
bona obligata, tam ſtabilia, quàm mobilia, & ſe mouentia, quo-
rum identitas probari poteſt. Monitorium in iudicio retinendæ.
De mandato &c. & ad inſtantiam A. principalis moneatur D. ex
aduerſo principalis; quatenus infra triduum proximum ſub mille
ducatorum &c. mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excom-
municationis, aliiſq; &c. pœnis debeat ab omnibus, & quibuſ-
cunque iactationibus, moleſtationibus, & impedimentis eidem
inſtanti

inſtanti ſuper poſſeſsione, & fructuum perceptione uineæ, quam poſsidet, ſitæ &c. iuxta &c. & alios ſuos fines latius quoties opus fuerit in actis, & proceſſu cauſæ ſpecificandos, & deſignandos, quo modolibet illatis, præſtitis, & factis, ac fieri, & inferri comminatis deſtitiſſe; ipſumque ſua pacifica, & quieta poſſeſsione, in qua exiſtit, dictis moleſtiis, & impedimentis ſublatis uti, frui, & gaudere permiſiſſe. Et ſi ſenſerit &c. cum pareat &c. alioquin &c. aliud in
8 cauſa exigendæ penſionis. De mãdato &c. & ad inſtantiam A. cui aliàs annua penſio quingenturum ducatorum auri Cameræ ſuper fructibus &c. prioratus &c. de eiuſdem aduerſarij conſenſu Apoſtolica auctoritate reſeruata, conſtituta, & aſsignata fuit; prout in actis ſi, & cum opus fuerit uerificabitur; moueatur idem B. ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum &c. aliiſque &c. pęnis debeat eidem d. inſtanti de omnibus, & ſingulis dictæ annuæ penſionis terminis decurſis hactenus, & non ſolutis, & in poſterum ſuis loco, & terminis decurrendis, & debendis iuxta eiuſdem reſeruationis formam, & tenorem integrè perſoluiſſe; ipſumque inſtantem in ſua pacifica, & quieta poſſeſsione dictam penſionem exigendi, in qua exiſtit manutenuiſſe, & conſeruaſſe, & ſi ſenſerit &c.
9 Idem monitorium datur etiam contra ſucceſſorem in beneficio, licet contra illum nullam, ſed tantùm contra auctorem ſuum creditor habeat exigendi poſſeſsionem; probata tamen uera, & reali exactione ab anteceſſore, aliter quàm per confeſsionem de recepto. Monitorium ex reme-
10 dio reintegrandæ, ſeu recuperandæ. De mandato &c. & ad inſtantiam A. principalis moneatur B. ex aduerſo principalis; quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorũ &c. aliiſque &c. pęnis debeat ab intruſione, detentione, occupatione, & ſpolio domus ſitæ &c. & alios ſuos fines ſpecificandos &c. quam aliàs d. inſtans poſsidebat, & poſſedit, & à qua per dictum aduerſarium ſpoliatus fuit, qui illam nunc detinet, & occupat, prout in actis, & proceſſu cauſæ ſi, & cum opus fuerit ſuis loco, & tempore uerificabitur & deducetur, ceſſaſſe, & deſtitiſſe, ac poſſeſsionem domus prædictæ una cum omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, & prouentibus eiuſdem à die intruſionis, & occupationis prædictæ indebitè perceptis, & qui percipi potuerunt, ac percipiendis in futurum uſque ad liberam relaxationem, & reſtitutionem dimiſiſſe, relaxaſſe, reſtituiſſe, ſoluiſſe, & conſignaſſe, ſi extant, uel extabunt,

L 2 ſinau-

ſinautem de illorum uero pretio, & ualore, etiam ad rationem quanti plurimi ualúerunt, ualeat, aut ualere poterunt in futurum ſatisfeciſſe, ac eundem inſtantem ad poſſeſsionem domus prædictæ, à qua, ut præmittitur, ſpoliatus fuit, reſtituiſſe, repoſuiſſe, & re-
11 dintegraſſe. Et ſi ſenſerit &c. fuit nō rarò dubitatum an actio ſpolij competat hæredi ſpoliati, & utrum detur contra hæredem ſpoliantis. Et obſeruatum eſt; quòd cum ambo ſuccedant in iuribus defunctorum, ſuccedant etiam in iſtis actionibus, quæ eiſdem perſonis certo tantummodo competere uidentur, & proceſſus tam hæredi ſpoliati, quàm contra ſpoliantis hæredem, radicato tamen ſpolio in perſonam uerè ſpoliati conceditur, & ſuper hoc ſæpiſsime in tribunali Auditoris Cameræ iudicatum fuit.

De modo procedendi ui Saluiani interdicti. Cap. II.

1 *Intentatur interdum remedium Sal. interdicti reali actione.*
2 *Raro hoc contingit, & quare.*
3 *In monitorio ui Sal. interdicti non debent apponi uerba, quæ poſſeßoriū ſapiant, nec accumulari remedia contraria.*
4 *Si ſecus fieret quid ſequeretur.*
5 *Petitorium ante ſententiam quandocunque ſuſpendi poteſt.*
6 *Reo opponente tenetur actor ſpecificare remedium, quo uti uelit.*
7 *Alia, quæ non debent in hoc monitorio poni, ne appellandi præbeatur occaſio.*
8 *Dimittitur actio hypothecaria, & Seruiana, & intentatur Saluianum interdictum, & magis utile.*
9 *Saluianum interdictum datur contra debitores, ac tertios poßeſſores.*
10 *In iudicio Saluiani interdicti de ſola poßeßione agitur.*
11 *Quid probare neceße eſt in hoc iudicio.*
12 *Sufficiunt in eo ſemiplenæ probationes.*
13 *Item contra principalem debitorem excußio non requiritur.*
14 *Contra quos detur hypothecaria, & Seruiana actio.*
15 *In hypothecaria actione poſſeßio auocatur, & excußio, ac probationes plenæ requiruntur.*
16 *Non ſatis frequenter hæc actio intentatur.*
17 *Quæſtio in iudicio actionis hypothecariæ.*

Tertius

18 *Tertius poſſeſſor tenetur in hoc iudicio ceſſionem iurium acceptare eo modo, quo actor facere uult.*
19 *Tertio poſſeſſori exceptionem cedendatum opponere non licet.*
20 *Secus in fideiuſſore, & quare.*
21 *Cogitur nonnunquàm actor ceſsionem legitimam facere, & quare.*
22 *Quatuor termini ſubſtantiales in iudicio Saluiani interdicti ſeruantur, & qui.*
23 *Tutius eſt in hoc iudicio ſententiam in ſcriptis, quàm decretum obtinere, & cur.*
24 *Sententiæ in hoc iudicio ferri conſueta formula.*
25 *Lata hac ſententia repetitur Aegidiana conſtitutio.*
26 *Non eſt neceſſe eam producere, cum ſit notoria.*
27 *Citatio facienda poſt ſententiam latam, & quomodo concedatur mandatum.*
28 *Effectus oppoſitionis generalia contra.*
29 *Auditor Cameræ, etiam ſi ſit iudex delegatus, mandatum abſque alia commiſsione relaxat.*
30 *His non obſtat appellatio interpoſita in negocio principali; nec in expenſis. ſecus ſi fuerit ab exceſsiua appellatum.*
31 *Mandati uigore eiuſmodi ſententiæ formula.*
32 *Quomodo mandatum hoc exequatur.*
33 *Tutius eſset expellere inquilinum in exequutione huius mandati, & qua de cauſa.*
34 *Hoc remedium uidetur in odium debitoris intentatum, ut tedio affectus rem reluat.*
35 *Si auditori pecunias potius quàm rem habere expediat, quid agere debet.*

1 REMEDIVM adipiſcendę uigore utilis Saluiani interdicti pro conſequutione legati, & in aliquibus aliis caſibus
2 intentatur contra debitores, reali tamen actione. Sed rarò hoc euenit, cum creditores ferè ſemper perſonam & bona obligata habeant, & ideo facilius creditum ſuum conſequuntur, exequutiuè uigore Cameralis obligationis procedendo & mandatum exequutiuum reale, & perſonale obtinendo, illudq́; in bonis exequendo, ac etiam unico contextu perſonam debitoris carcerando. Sed ſi debitor creditum ſuum conſequi non curat, ſed potius aliqua debitoris bona habere deſiderat, facit contra debito-

rem

rem monitorium de dimittendo poſſeſsionem bonorum, cuius exẽ
3 plum in præcedenti capite poſuimus. Verum quia ut plurimum contra tertios poſſeſſores, & detentores bonorum tam immobilium, quàm mobilium, & ſe mouentium, quorum identitas probari poteſt; ut ſuperius dixi, iudicium intentatur, animaduertat notarius, ad quem pro formando eiuſmodi monitorio recurritur, nõ apponere uerba aliqua, quæ petitorium ſapiant, uel accumulare diuerſa remedia ad inuicem contraria, & in ſimul incompatibilia.
4 Alioqui notarij culpa aut reus ab obſeruatione iudicij abſolueretur, aut reſpectu miſturæ (non præcedente tamen aliqua petitorij
5 ſuſpenſione, quod ante ſententiam ſemper ſuſpendi poteſt) daretur appellandi occaſio, & eo caſu tam ad ſuſpenſiuum, quàm ad
6 deuolutiuum effectum appellatio concederetur. Non poteſt actor plura remedia accumulare, ſed unum tantum remedium intentare ſibi licet, & reo petente, quo remedio uti uelit declarare, & ſpe-
7 cificare tenetur. Præterea non petat notarius in monitorio prædicto rem ipſam, ſed rei poſſeſsionem ſimpliciter, non autem accumulatiuè rem, & illius poſſeſsionem; nec apponat, quòd res, ſuper qua actio intentatur, eſt libera creditoris, uel pleno iure ad ipſum pertineat, ſiue pleno iure ſibi reſtituatur: omnia hæc enim, & his ſimilia petitorium ſapiunt, & conſequenter per ea condemnato appellare licet. Hinc eſt, quòd cauti procuratores hypothecariam, & Seruianam actionem omittunt, & Saluianum interdi-
9 ctum, tanquàm magis proficuum intentant. Nam hoc contra ter-
10 tios poſſeſſores, & alios prædictos datur, & in eo de ſola poſſeſsio-
11 ne contenditur, & ſufficit uerificare, quòd debitorem, ſuper qua remedium iſtud intentatur, aut tempore factæ obligationis, aut poſt obligationem poſſederit, & poſſeſsionem rei conuenti; & in il-
12 lo, tanquàm ſummario leuiores probationes ſufficiunt, nec dili-
13 gentia, ſeu excuſsio contra principalem debitorem requiritur.
14 Seruiana uerò, & hypothecaria actio, cum de rei proprietate agi-
15 tur, datur contra alios quoſcunque, qui rem quæſiuerunt. Et in huiuſmodi hypothecaria actione poſſeſsio ratione iuris hypothecę auocatur, & excuſsio bonorum, debitoris, & aliæ efficaciores pro-
16 bationes requiruntur. Et propterea cum actio hæc raro intentetur nil aliud circa eum referã quàm quæſtionem in hoc iudicio in
17 tribunali Auditoris Cameræ aliquoties tractatam. Tertius poſſeſſor, in hoc iudicio ſuccumbens iurium, & actionum ceſsionem ſibi

ab

18 ab actorè fieri petiit. Replicauit actor non teneri,& quatenus te-
19 netur, non debere cedere, niſi iura talia qualia habet. Reſolutum
20 fuit tertium teneri illa acceptare eo modo, quo actor cedere uult:
tertius enim non poteſt exceptionem cedendarum opponere, ſi-
cuti fideiuſſor: nam quando fideiuſſor accedit beneficij cedenda-
rum contemplatione accedere uidetur, & ob id illi medio huius
beneficij ſuccurritur. Fallit hoc in poſſeſſore; quia non accepit
poſſeſsionem intentione hac, ut ſibi iura cedantur, ſed hoc ex-
tra conſiderationem accidit. Attamen quia tertius hic poſſeſ-
21 ſor coactè, & non ſpontè ſoluit, pluries uidi creditorem adſtri-
ctum in tribunali Auditoris Cameræ ad petitam perſoluentem ceſ
ſionem faciendam. An autem hoc iuris, uel æquitatis potius ſit
non eſt meum decidere. Ad proceſſum igitur, qui uigore Saluia-
ni interdicti fit,redeundo dicimus;quòd uerificatis extremis requi
ſitis, de quibus ſupra meminimus; ſeruatisq; terminis ſubſtantiali
bus de ſtylo tribunalis prædicti ſeruari ſolitis, uel ſaltem his qua-
tuor, ad articulandum, dicendum contra articulos, producendũ
omnia,& dicendum contra producta; quæ in hoc iudicio ſufficiũt,
& præuia illorum reiteratione, ac termini ad ſententiam ſeruatio-
ne iudex ad ſententiam ſub forma infra locata procedit. Et licet
23 aliqui loco ſententię decreto mandati de immittendo in poſſeſ-
ſionem contenti ſint; tamen cauti procuratores ſententiam in ſcri
ptis petunt, ad repoſitionibus obuiandum, quæ non rarò cauſam
protrahere ſolent: cũ in his decretis,quamuis habeant uim diffini
tiuę,& in iudicatũ tranſierint; iudex, ut ſupra in primo libro dixi,
reponere conſueuerit.Forma ſententiæ, quæ in hoc iudicio fertur.
24 Chriſti nomine inuocato.Per hanc noſtram diffinitiuam ſenten-
tiam,quam pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis ha-
bentes ferimus in his ſcriptis de iuris peritorum conſilio, in cauſa,
& cauſis coram nobis uertentibus inter D. A. principalem actorẽ
ex una,& B.reum conuentum ſuper dimiſsione,relaxatione,& cõ-
ſignatione domus poſitæ in Vrbe in loco N.iuxta &c. quam D.N.
aliàs tenebat,& poſsidebat, & nunc dictus B.detinet, & poſsidet,
rebusque aliis,in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi
latius deductis partibus ex altera.Dicimus,pronunciamus,ſenten
tiamus,decernimus,& declaramus dictum A.in poſſeſsionem rea-
lem,actualem, & corporalem ſupradictæ domus,illiusque iurium,
& pertinentiarum immittendum fore,& eſſe,prout immitti uolu-

mus,& mandamus;per ipſum d.inſtantem retinendam, donec ſibi de ſumma ſcutorum tricentorum,eidem A. per dictum N.debitorum uigore inſtrumenti obligationis in forma Cameræ rogati ſub die &c.de quo in actis, fuerit integrè ſatisfactum;mandatumque de immittendo in poſſeſsionem prædictam, deſuper opportunum decernendum fore,& eſſe, prout decernimus;ipſumque B.in expenſis coram nobis pro parte dicti A.in huiuſmodi cauſa legitimè factis condemnandum fore,& eſſe,prout condemnamus:quarum taxationem nobis, uel cui de iure in poſterũ reſeruamus om-
25 ni meliori modo &c.Qua ſententia lata, & publicata,creditor con
26 ſtitutionem Aegidianam repetit in actis notarij, tanquàm notoriam, abſque aliqua illius productione reali:ut aliàs tenuit Rota in una Senegallienſis bonorum, coràm R.P. D. Grato de anno
27 1560. Poſtea partem citat ad dicendum contra iura producta,& repetita,videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit,nec non videndum relaxari mandatum in ſententia decretum. In cuius termino iudex relaxat mandatum niſi ad pri-
28 mam diem cum intimatione.Niſi forte citatus generalia contra, & pendente termino ad dicendum contra nihil fieri oppoſuerit: hæc enim oppoſitio quod vis decretum, quantumuis exequutiuũ retardat;niſi forſan dubitaretur de fuga,ſeu ſubtractione bonorũ: nam in hunc caſum iudex oppoſitionem huiuſmodi non attendit. Et exequuta, & reproducta intimatione prædicta poſt primã diem iuridicam à die exequutionis mandatum expeditur. Cauti tamen procuratores,ut breuius,& facilius mandatum obtineant, ante latam ſententiam petitorium ſuſpendunt, & Aegidianam cõſtitutionem repetunt,& in ſententia obtinent non tantùm decerni (ut in præſcripta ſententia habetur) ſed etiam relaxari unico contextu mandatum; quod in hunc caſum ſimul ac eſt lata ſenten
29 tia abſque alia citatione relaxatur.Et etiam ſi non ſemel fuerit dubitatum,& forſan aliquoties (ut audiui) in ſignatura reſolutum, quòd in his cauſis ante mandati relaxationem, & expeditionem debet cognoſci an locus conſtitutioni Aegidianæ ſit, & requiratur commiſsio;vt conſtituto, quòd Aegidianæ conſtitutioni ſit locus ſuam ſententiam exequatur: nihilominus ſemper in tribunali Auditoris Cameræ obſeruatum fuit, quòd Auditor ſuam ſententiam ea exequutioni mandat,etiam ſi ſit iudex delegatus, abſque aliqua alia commiſsione,& noua iuriſdictione;non obſtante quacunque

inter-

30 interpoſita appellatione, tam ſuper negocio principali, quàm ſuper expenſis: quatenus tamen non fuerit ab exceſsiua illarum taxatione appellatum; nam tunc quoad illas appellatio admittitur, & exequutio retardatur, ſi expenſæ taxatæ ſummam ſexdecim ducatorum excedant, ſi uerò non excedunt appellatio non recipitur & commiſsio non ſignatur. Mandati, quòd ui ſupraſcriptæ ſenten
31 tiæ decernitur hæc eſt forma. De mandato &c. & ad inſtantiam A. principalis mãdatur uobis Capitaneo, & exequutoribus curię, ad quos ſpectat; quatenus ſtatim uiſis præſentibus ſub quingentorum ducatorum &c. mandati exequutiui, & in ſubſidium excommunicationis, aliiſque &c. pœnis debeatis eundem d. inſtantem, ſiue eius legitimum procuratorem in realem, actualem, & corporalem poſſeſsionem domus olim ſpectantis ad quondam N. ſitæ &c. iuxta &c. quam ad præſens poſsidet, ſeu detinet B. amoto, & expulſo ipſo B. & alio quocunque illicito detentore induxiſſe, impoſuiſſe, & immiſiſſe, ac inductum, & immiſſum contra prædictũ B. & alios quoſcunque manutenuiſſe, & conſeruaſſe; ac de fructibus; & emolumentis illius reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe; per ipſum d. inſtantem retinendam donec ſibi de ſuo credito ſcutorum tricentorum, de quo in actis fuerit integrè ſatisfactum, & ſine expreſſa domini licentia, & mandato. Quoniam aduerſario citato, & intimato, ſeruatiſque ſeruandis in uim ſententię, de qua in actis, domi
32 nus ita mandauit die &c. Cuius mandati uigore exequutor conducit creditorem ad domum prædictam, & uigore mandati eum in poſſeſsionem illius inducit amato quocunque indebito deten-
33 tore: nam ſi fuerit inquilinus, qui remaneat in domo, dubitabitur
34 ſit mutata prima poſſeſsio. Verùm ſi reus conuentus; in cuius odium, ut tedio affictus rem reluat, & creditori ſatisfaciat, remediũ hoc permiſſum uidetur; domum reluere, & creditori ſatisfacere ne
35 glexerit; creditorique magis expediat creditum ſuum quanto citius recuperare præſertim quando puuco, aut nulli fructus ex re, cuius poſſeſsionem creditor fuit aſſecutus, percipiuntur: recurrat ad ſignaturam gratiæ, & præuio reſcripto manu Papæ ſignato, quod pluries concedi, & denegari uidi, prout æquitas ſuadet, habita ratione perſonæ creditoris; puta ſi ſit uidua, pauper, aut alia miſerabilis perſona, uigore reſcripti eiuſmodi debitorem citet ad reluendum rem, cuius fuit capta poſſeſsio; alias uidendum illam mãdari conſignari curſori ad effectum ſubhaſtandi, & ſubhaſtari mã-

dari. Et præcedente ſubhaſtatione,ut moris eſt,& ſucceſsiue deliberatione, facienda illum in modum, quem ſuperius in primo libro de Cameralis obligationis exequutione loquentes tradidimus,ſibi de ſuo credito ſatisfieri curet.

De modo procedendi remedio interdicti quorum bonorum. Cap. III.

1 *Interdictum quorum bonorum quid operatur.*
2 *Contra quem conceditur.*
3 *Cui competit.*
4 *Quomodo ui huius interdicti proceditur.*
5 *Si conſtat de contradictore eſt legitimè citandus, & perſona hæredis in teſtamento ſcripti legitimanda.*

1 INTERDICTVM quorum bonorum,& interdictum quorum legatorum in ſupradicto iudicio adipiſcendę exēplificatur. Illud autem eſt reſtitutorium ad uniuerſitatem bonorum, & uniuerſam hæreditatem, & hæres
2 dicitur bonorum poſſeſſor. Datur contra poſſeſſorem,ſeu deten-
3 torem hæreditatis. Competit ſolùm hæredi, non autem uſufructuario bonorum, neque legatario; niſi forte legatarius habeat in legato hæredis inſtitutionem: quia tunc pro ea parte dicitur hæres,& abſque uniuerſalis hæredis conſenſu legatum propria auctoritate, uel ex iudicis decreto capere poteſt. In hoc iudicio ita pro-
4 ceditur. Exhibetur primò iudici teſtamentum non abolitum,non cancellatum, non raſum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, & inductis, ac receptis ſummarie, & extraiudicialiter duobus teſtibus & per notarium examinatis ſuper obitu teſtatoris, & legitimatione perſonæ hæredis in teſtamento nominatæ, & conſtito ex illorũ depoſitionibus de dicto obitu,& hæredem in teſtamento nominatum eſſe illum met, qui nominatur, ac facta recognitione teſtamenti, & manus, ſubſcriptionisq; notarij, ſi producatur; fit contradicta, ſeu edictum publicum contra quoſcunque intereſse putantes ad dicendum contra iura producta, & repetita, uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non uidendum infraſcriptum inſtantem immitti in poſſeſsionem hæredi-

hæreditatis, & bonorum quondam N. mandatumq; deſuper opportunum decerni, & relaxari. In cuius termino iudex mandatum niſi ad primam diem cum intimatione relaxat ſub forma, quam
5 habes in quarto libro. Animaduerte tamen; quòd ſi de certo contradictore conſtituerit, debet legitimè citari, & perſona hæredis in teſtamento ſcripti ſeruatis ſeruandis legitimari.

De remedio l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo. Cap. IIII.

1 *Formula mandati de immittendo uigore huius remedij.*
2 *Cur apponatur clauſula, & ſi quis &c.*
3 *Vi huius clauſulæ iudex retinet penes ſe cauſæ cognitionem pro intereſſe habentibus.*
4 *Abſque hac clauſula quod præiudicium iura ſua deducere uolentibus inferretur.*
5 *Modus procedendi ad aperitionem, & exequutionem teſtam*ẽ*ti in ſcriptis.*
6 *Quomodo procedatur quando teſtamentum in ſcriptis caret requiſitis.*
7 *An huiuſmodi remedium fideicommiſſario competat, quid prius fuit obſeruatum, & quid Rota deciſit.*

MANDATI de immitendo in poſſeſsionem uigore remedij l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo, hæc
1 eſt formula. De mandato Illuſtriſsimi d. Auditoris Cameræ &c. & ad inſtantiam A. hęredis quandam N. principalis mandatur Capitaneo, & exequutoribus curiæ, ad quos ſpectat; quatenus ſtatim uiſis pręſentibus ſub mille ducatorum &c. mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, aliiſq; &c. pœnis debeant eundem A. principalem, ſiue illius legitimum procuratorem in poſſeſsionem realem, actualem, & corporalem hæreditatis, ac omnium, & ſingulorum bonorum mobilium, immobilium, & ſe mouentium, iurium, actionum, & creditorum per dictum q. N. tempore ſui obitus poſſeſſorum ubiuis exiſtentium, ſibiq; competentium immiſiſſe, induxiſſe, & impoſuiſſe, inductumq; contra quoſcunque manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruaſſe; ac de fructibus, & emolumentis dictæ hæreditatis, & bonorum reſpondiſſe, & reſponderi feciſſe. Quoniam

 conſti-

conſtito de teſtamento non abolito, non cancellato, nec in aliqua ſui parte ſuſpecto, ac de obitu teſtatoris, & legitimatione perſonę
2 dicti hæredis D. ita mandauit die &c. Verum quia ſæpe euenit, quòd licet in poſſeſsione defuncti aliqua bona mobilia, uel immobilia reperiantur, tamen ſunt aliquo modo uendita, ceſſa, donata, particulariter legata cum hæredis inſtitutione, aut aliquod aliud teſtamentum nouiſsimum, & præcedentis reuocatorium apparet; & poſt captum ab hærede poſſeſsionem coguntur intereſſe habentes bona prædicta uia ordinaria, & per tres conformes ſententias repetere ad euitandum damnum hoc in mandatis eiuſmodi, quæ ex primo decretu ſummariè, & extraiudicialiter conceduntur ſolent iudices à multis annis citra addere clauſulam. Et ſi qui &c. ac etiam ſine præiudicio cuiuſcunque alterius legitimi poſſeſſoris.
3 Et huius clauſulæ medio cauſæ cognitionem pro intereſſe haben-
4 tibus penes ſe retinet. Nam aliter hæres, qui hæreditatem abſque illa clauſula ſiquis &c. obtinuiſſet, habita poſſeſsione cauſam iactationis in Rota committeret, & Auditori Cameræ inhiberi faceret, nec poſſet hæc commiſsio in graue partis iura ſua deducere
5 uolentis præiudicium reformari. Aduerte tamen quòd ſi teſtamentum eſt in ſcriptis conditum, & nondum apertim, antequàm hæres ſe immitti in bonorum poſſeſsionem obtineat, debet obtinere illud aperiri ſeruata forma, quam ſupra in capite de aperitio-
6 ne clauſi teſtamenti poſui. Quando teſtamentum in ſcriptis receptum caret requiſitis, ſcilicet teſtibus, ſubſcriptione, & ſigillis: niſi fuerit militare teſtamentum, uel melitari in neceſsitatis caſu æquiparatum: iudex aliquandiu in illius exequutione ſubſiſtit, donec de teſtamenti iuribus diſcutiatur. Si autem dubitantur ne pro poſſeſsionis aſsecuratione inter illam aſsequi prætendentis ad arma deueniatur, ad euitandum ſcandala ad ſe poſseſsionem auocat, nomine curiæ retinẽdam, & poſtea cui de iure conſignandam. Sed ſi nemo comparet expectato debito tẽpore iuxta diſtantiã loci defuncti, infra quod proximiores, & ab inteſtato ſuccedẽtes ueriſimiliter notitiam habere, & comparere ac eorum deducere poſſint hæreditatem hæredi illi ſcripto in teſtamento, de cuius iuribus dubitatur ſine præiudicio ſuccedentiam ab inteſtato cum cautione de reſtituendo meliora iura habenti, ac aliàs eius arbitrio
7 tradit. Dubitatum aliquando eſt in tribunali, an hoc l. fin. remedium etiam fideicommiſſario competat: & licet iam retroactis tẽ-

poribus

poribus pluries uiderim fideicommiſſario, purificato tamen fideicommiſſo, mandatum de eum in bonorum fideicommiſſo ſubiectorum poſſeſſionem immittendo concedi; tamen poſtmodum à nonnullis annis citra, ref atis controuerſa reſolutum eſt remedium hoc fideicommiſſario non competere, niſi facta ab hærede grauato ſaltem uerbali reſtitutione. Verùm cùm nouiſsimè dubium iſtud pluries fuerit in Rota propoſitum, & præſertim in cauſa Romana bonorum de Comitibus coram d. Aldobrandino, ni fallor, deciſum eſt fideicommiſſarium ex remedio utilis ſaluiani interdicti in poſſeſsionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum immittendum eſſe ex pluribus, de quibus in deciſione coram R. P. d. Aldobrandino de menſe Maij 1580. quę fuit ſatis notatu digna. Et hac deciſione, & rationibus in ea deductis ſtantibus proculdubio credendum eſt in Vrbis tribunalibus in poſterum articulo ſuper hoc non amplius diſputatum iri; & ſic purificato fideicommiſſo, abſque aliqua uerbali reſtitutione mandatum de immittendo fideicommiſſarium in poſſeſsionem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum conceſſurum fore, ſub præſcripta forma, mutatis mutandis.

De proceſſu remedio interdicti quorum legatorum. Cap. V.

1 *Hoc interdictum competit etiam hæredi, & quo caſu.*
2 *Legatarius ſimplex legatum de manu hæredis capit.*
3 *Monitorium ui huius interdicti.*
4 *An legatario actio ſummaria, & exequutiua pro legati conſequutione, & appellatio condemnato concedatur.*
5 *Monitorium contra legatarium pro legati reſtitutione.*

1 INTERDICTVM quorum ligatorum etiam hæredi, ad auocandam rei legatæ à legatario, qui propria autoritate illam occupauit, poſſeſsionem competit: dummodo legatarius non ſit in legato hęres ſpecialiter in-
2 ſtitutus. quo caſu hoc interdictum ei competere uidetur. Secus in ſimplici legatario, qui, ut ſupra diximus, propria autoritate legatum capere nequit, ſed de manu hæredis capere debet. Moni-

torium

torium, quod in hoc iudicio fit. De mandato &c. & ad inſtantiam A. legatarij quondam N. cuiuſdam caſalis ſiti in partibus Latij iuxta &c. ut in teſtamento per N. notarium publicum ſub die &c. recepto, & aliàs prout in actis ſi, & cum opus fuerit uerificabitur. Moneatur B. nepos, & hæres dicti quondam N. ex aduerſo principalis, quatenus infra triduũ ptoximum ſub mille ducatorum &c. mandati exequutiui, & in ſubſidium excommunicationis aliiſque &c. pœnis debeat eidem d. inſtanti, ſiue eius legitimo procuratori poſſeſsionem realem, actualem, & corporalem dicti caſalis, ut præmittitur legati, iuriumq; & pertinentiarum eiuſdem quorumcunque dimiſiſſe, relaxaſſe, & conſignaſſe, ac de omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis, ex dicto caſali per eum habitis, & perceptis, & quæ percipi potuerunt uſque in diem illius relaxationis, etiam ad rationem quanti plurimi ualent, ualuerunt, aut ualere poterunt in futurum integrè ſatisfeciſſe. Et ſi ſenſerit &c. Compareat &c. Alioquin &c. ſi in pecunia conſiſtat legatum, dicatur. Debeat eidem inſtanti de ſumma ſcutorum mille ſibi legatorum integrè ſatisfeciſſe &c. In hoc iudicio

4 legati conſequendi non ſemel dubitatum eſt an actio exequutiua detur, ſeu ſummariè procedatur, & an à condemnatione appellatio admittatur. Et reſolutum fuit actionem exequutiuam legatario contra hæredem competere pro legati conſequutione, & appellationem interpoſitam ſententię exequutionem non ſuſpendere. Ea, credo, ratione, ut legatarius eodem priuilegio gaudeat in legatum, quo hæres in hæreditatem conſequendo: præſertim quando hæreditas eſt opulenta, & non eſt opus falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni hæreditatis detrahere. In hoc autem caſu, licet iudex ſummariè, & exequutiuè procedat, tamen ſignaturam audiui appellationem deuolutiuam, & ſuſpenſiuam cõcedere conſueuiſſe. Hęres, qui contra legatarium pro legati reſti-

5 tutione procedere vult, hoc utitur monitorio. De mandato &c. & ad inſtantiam A. hæredis uniuerſalis quondam N. principalis moneatur D. aſſertus dicti quondam N. legatarius, detentor domus hæreditariæ prædicti N. ſibi, vt aſſeritur, legatæ; quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum &c. mandati exequutiui; & in ſubſidium excommunicationis, aliiſq; &c. pęnis debeat eidem d. inſtanti, hæredi prædicto poſſeſsionem realem, actualem, & corporalem, eiuſdem domus, iuriumque & pertinentiarum illius

illius reſtituiſſe, relaxaſſe, & conſignaſſe, legatumq; præfatum, quatenus ſibi debeatur, de manu ipſius hæredis, inſtantis recepiſſe. Et ſi ſenſerit &c. Compareat &c.

De poſſeſſorio retinendæ. Cap. VI.

1 *In interdicto uti poſſidetis, & utrobique quomodo procedatur.*
2 *Quaſi poßeßio dicitur de his, quæ actu non retinentur.*
3 *Mandatum, quod in hoc iudicio conceditur.*
4 *Mandatum de manutenendo aliquando eſt pars, interdum uerò terminatorium iudicij.*
5 *Vbi de rei titulo agitur, dicitur pars iudicij, & quo pacto procedatur.*
6 *Vbi de poſſeſsione duntaxat agitur, iudicij terminatorium eſt.*
7 *Vbi ad penſionis, reſponſionis, uel uſusfructus ſolutionem agitur, pariter iudicium terminat, & quis proceſſus ſeruetur.*
8 *Modus antiquus concedendi mandata de manutenendo.*
9 *Mandatum de manutenendo non conceditur, niſi parte legitimè citata, & adhibita cauſæ cognitione.*

1 INTERDICTVM uti poſsidetis, & interdictum utrobique in hoc iudicio retinendæ exēplificantur; monitorij ſuper eo requiſiti formulam ſuperius deſignaui. Quo monito-
2 rio exequuto, & reproducto, & probata poſſeſsione, uel quaſi poſ- ſeſsione: quæ dicitur de his, quę non actu retinentur, ut uſufructu, penſionibus, & annuis reſponſionibus; mandatum de manutenen
3 do ſub hac forma conceditur. De mandato &c. & ad inſtantiam A. principalis mandatur Capitaneo, & exequutoribus curiæ, ad quos ſpectat; quatenus uiſis pręſentibus ſub pœnis &c. debeant eundem d. inſtantem in ſua poſſeſsione reali, actuali, & corporali domus ſitæ &c. in qua exiſtit, contra N. ac alios quoſcunque indebitos moleſtatores nunc, & pro tempore inſurgentes manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruaſſe, nec ab aliquo in dicta eius poſ- ſeſsione, & fructuum perceptione moleſtari, aut perturbari permiſiſſe. Qaoniam dicto N. citato, & intimato, Dominus ita man-
4 dauit die &c. Mandatū de manutenendo in aliquibus cauſis pars, in aliquibus uerò terminatorium iudicij eſt. Vbi de titulo rei contenditur; quis poſsidens manuteneri petit, & probata ſua quaſi poſ ſeſsione per teſtes formiter examinandos, ſcripturas, partis con-

torium, quod in hoc iudicio fit. De mandato &c.& ad inſtantiam A.legatarij quondam N.cuiuſdam caſalis ſiti in partibus Latij iuxta &c. ut in teſtamento per N.notarium publicum ſub die &c. recepto, & aliàs prout in actis ſi, & cum opus fuerit uerificabitur. Moneatur B. nepos,& hæres dicti quondam N.ex aduerſo principalis, quatenus infra triduũ proximum ſub mille ducatorum &c. mandati exequutiui, & in ſubſidium excommunicationis aliiſque &c. pœnis debeat eidem d.inſtanti, ſiue eius legitimo procuratori poſſeſsionem realem, actualem, & corporalem dicti caſalis, ut præmittitur legati, iuriumq; & pertinentiarum eiuſdem quorumcunque dimiſiſſe, relaxaſſe, & conſignaſſe, ac de omnibus,& ſingulis fructibus,redditibus, prouentibus,& emolumentis, ex dicto caſali per eum habitis,& perceptis, & quæ percipi potuerunt uſque in diem illius relaxationis, etiam ad rationem quanti plurimi ualent,ualuerunt,aut ualere poterunt in futurum integrè ſatisfeciſſe. Et ſi ſenſerit &c. Compareat &c. Alioquin &c. ſi in pecunia conſiſtat legatum,dicatur. Debeat eidem inſtanti de ſumma ſcutorum mille ſibi legatorum integrè ſatisfeciſſe &c. In hoc iudicio
4 legati conſequendi non ſemel dubitatum eſt an actio exequutiua detur, ſeu ſummariè procedatur, & an à condemnatione appellatio admittatur. Et reſolutum fuit actionem exequutiuam legatario contra hæredem competere pro legati conſequutione, & appellationem interpoſitam ſententię exequutionem non ſuſpendere. Ea, credo, ratione, ut legatarius eodem priuilegio gaudeat in legatum, quo hæres in hæreditatem conſequendo: præſertim quando hæreditas eſt opulenta, & non eſt opus falcidiam ex legatis pro ſupplemento æris alieni hæreditatis detrahere. In hoc autem caſu, licet iudex ſummariè, & exequutiuè procedat, tamen ſegnaturam audiui appellationem deuolutiuam,& ſuſpenſiuam cõcedere conſueuiſſe. Hęres, qui contra legatarium pro legati reſti-
5 tutione procedere vult, hoc utitur monitorio. De mandato &c. & ad inſtantiam A. hæredis uniuerſalis quondam N. principalis moneatur D. aſſertus dicti quondam N. legatarius, detentor domus hæreditariæ prædicti N. ſibi,vt aſſeritur,legatæ; quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum &c. mandati exequutiui; & in ſubſidium excommunicationis, aliiſq; &c. pęnis debeat eidem d.inſtanti, hæredi prædicto poſſeſsionem realem, actualem, & corporalem eiuſdem domus, iuriumque & pertinentiarum

illius reſtituiſſe, relaxaſſe, & conſignaſſe, legatumq; præfatum, quatenus ſibi debeatur, de manu ipſius hæredis, inſtantis recepiſſe. Et ſi ſenſerit &c. Compareat &c.

De poſſeſſorio retinendæ. Cap. VI.

1 *In interdicto uti posſidetis, & utrobique quomodo procedatur.*
2 *Quaſi poßeſsio dicitur de his, quæ actu non retinentur.*
3 *Mandatum, quod in hoc iudicio conceditur.*
4 *Mandatum de manutenendo aliquando eſt pars, interdum uerò terminatorium iudicij.*
5 *Vbi de rei titulo agitur, dicitur pars iudicij, & quo pacto procedatur.*
6 *Vbi de poſſesſione duntaxat agitur, iudicij terminatorium eſt.*
7 *Vbi ad penſionis, reſponſionis, uel uſusfructus ſolutionem agitur, pariter iudicium terminat, & quis proceſſus ſeruetur.*
8 *Modus antiquus concedendi mandata de manutenendo.*
9 *Mandatum de manutenendo non conceditur, niſi parte legitimè citata, & adhibita cauſæ cognitione.*

1 INTERDICTVM uti poſsidetis, & interdictum utrobique in hoc iudicio retinendæ exēplificantur; monitorij ſuper eo requiſiti formulam ſuperius deſignaui. Quo monito-
2 rio exequuto, & reproducto, & probata poſſeſsione, uel quaſi poſſeſsione: quæ dicitur de his, quę non actu retinentur, ut uſufructu, penſionibus, & annuis reſponſionibus; mandatum de manutenen
3 do ſub hac forma conceditur. De mandato &c. & ad inſtantiam A. principalis mandatur Capitaneo, & exequutoribus curiæ, ad quos ſpectat; quatenus uiſis pręſentibus ſub pœnis &c. debeant eundem d. inſtantem in ſua poſſeſsione reali, actuali, & corporali domus ſitæ &c. in qua exiſtit, contra N. ac alios quoſcunque indebitos moleſtatores nunc, & pro tempore inſurgentes manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruaſſe, nec ab aliquo in dicta eius poſſeſsione, & fructuum perceptione moleſtari, aut perturbari permiſiſſe. Qaoniam dicto N. citato, & intimato, Dominus ita man-
4 dauit die &c. Mandatū de manutenendo in aliquibus cauſis pars, in aliquibus uerò terminatorium iudicij eſt. Vbi de titulo rei contenditur; quis poſsidens manuteneri petit, & probata ſua quaſi poſſeſsione per teſtes formiter examinandos, ſcripturas, partis con-

feſsionem

feſsionem, aut aliàs mandatum de manutenendo obtinet: & in
6 hoc eſt pars iudicij, & non recipitnr aliqua appellatio. Vbi de poſ-
ſeſsione tantùm agitur, primò iudex, ne partes ad arma deueniant,
poſseſsionem ad ſe auocat; ut ſupra in hoc ſecundo libro de reme-
dio l. fin. loquens retuli; & nomine curiæ retinet, donec quiſnam
poſsideat, & manuteneri debeat, uideatur: & ſubinde uiſa poſſeſ-
ſione alterius ex collitigantibus, poſseſsorem in ſua poſseſsione
manutenendum eſse declarat. In hoc terminat iudicium, & per
7 appellationem exequutio nequaquàm ſuſpenditur. Vbi uerò ad
penſionis, reſponſionis, aut uſusfructus ſolutionem agitur proba-
ta quaſi poſseſsione actoris uera, & reali, aliter quàm per ſimpli-
cem confeſsionem de recepto, quam ſufficit probare habere centra
autorem rei conuenti, & probata rei conuenti poſseſsione manda-
tùm de manutenendo conceditur. In hoc etiam iudicium termi-
8 nat, & appellatio exequutionem non retardat. Mandata eiuſmo-
di de manutenendo nullo facto ordinato iudicio, ſed probata ſum-
mariè poſseſsione, & citatis intereſse putantibus per contradictas,
etiam abſq; appoſitione clauſulæ ſi quis &c. olim concedebantur.
Poſt certum uerò tempus clauſula ſi quis &c. in illis apponi con-
9 ſueuit. Demum ex prohibitione Pij Papæ Quinti in reformatione
tribunalis Auditoris Cameræ, die quarta Decembris 1570. publi-
cata mandata prædicta non poſsunt, niſi parte legitimè citata, &
cauſæ cognitione adhibita concedi.

De poſſeſſorio recuperandæ. Cap. VII.

1 *Remedium recuperandæ eſt pleniſsimum, generalius, & utilius omnibus alijs remedijs.*
2 *Interdictum unde ui cui detur.*
3 *Qui termini iudiciales in his iudicijs poſſeſſorijs ſeruantur.*
4 *In ſummarijs non eſt opus libello.*
5 *Nec litis conteſtatione.*
6 *Nec calumniæ iuramento, niſi à parte petatur.*
7 *In attentatis non ſeruantur termini ſubſtantiales.*
8 *In attentatis magis iudicis contemptus, quàm iuris, & partis læſio inſpicitur.*

1 REMEDIVM reintegrandæ exemplificatur in hoc iudicio
poſſeſſorij recuperandæ; quod eſt pleniſsimum, gene-
ralius, & utilius oĩbus remedijs poſſeſſorijs; & interdi
2 ctũ Vnde ui; quod deiecto, ſeu ſpoliato per uim com-
pulſiuam datur. In his, & aliis omnibus ſupra relatis poſſeſſoriis
iudiciis, tanquàm ſummariis termini ſubſtantiales, ut in aliis ordi-
3 dinariis cauſis, non ſeruãtur, ſed tantùm hi quatuor. Ad articulan-
dum ad octauam diem, dicendum contra articulos, producendum
omnia, & dicendum contra producta ad ſecundam diem. Omiſſo
termino ad libellandum: quia in his libelli ſolennitas non requiri-
4 tur. Omiſſo pariter termino ad litem conteſtandum: quia in ſum-
5 mariis ſuperflua eſt litis conteſtatio. Omiſſo etiam termino ad iu-
randum de calumnia: quia iuramentum eiuſmodi non eſt neceſſa-
7 rium, niſi à parte petatur. In ſpolio autem attentato, & in aliis
attentatorum cauſis nulli ſeruantur termini ſubſtantiales: cum iu-
dex, etiam ex officio conſtito de attentatis ad illorum reuocatio-
8 nem procedat; & in illis magis iudicis contemptus, quàm læſio
iuris, & partis inſpiciatur.

De modo procedendi in cauſis reſtitutionis in integrum. Cap. VIII.

RESTITVTIONIS in integrum remedium extraordinarium eſt, & in illius iudicio nunquàm aut raro principaliter pronunciatur A. eſſe, uel non eſſe in integrum reſtituendum, ſed tantum incidenter iudex cognoſcit, & ſubinde adulteriora in principali negocio procedit: quia quatenus reſtitutionem petens reſtituẽdus de iure ueniat per proceſſum ad ulteriora habetur pro reſtituto, & euitatur ita circuitus. Si enim quem reſtituendum eſſe in integrum iudex pronunciaret, materiã appellandi præberet; & ſic tres ſuper reſtitutione, & aliȩ tres ſuper re principali ſententiæ dicerentur. Super modo procedendi hoc in iudicio hæc ſufficiant. Petens reſtitutionis beneficium terminos, qui in aliis ordinatiis iudiciis ſeruari ſolent, ſeruabit. Qui autem hoc extraordinario remedio uti poſsint, quibus in caſibus neceſſaria ſit in integrum reſtitutio infra quod tempus petatur, quomodo ſignatura in commiſsionibus reſcribat cum abũdè Veſtrius in

eius tractatu in 4. lib. cap. de dolo, & contum. & l. 8. c. 3. de reſtitutione in integrum retulerit, eum uidere poteris.

De iudiciis ordinariis. Cap. IX.

1 *Auditor Cameræ quarum cauſarum ſit competens iudex.*
2 *Cauſæ exequutionis literarum cognoſcuntur ab A. C. in curia, & prima inſtantia, licèt ſint beneficiales.*
3 *Auditor Cameræ officialium, curialium, & mercatorum eſt ordinarius iudex.*
4 *Ad horum inſtantiam omnibus iudicibus inhibet.*
5 *Item eſt iudex ſuperintendens curiæ Burgi, Turris Nonæ, & curiæ de Sabellis.*
6 *Habetur ad A. C. recurſus à grauaminibus in dictis curijs illatis, & ipſe inhibet.*
7 *Romani poſſunt declinare forum A. C. utendo priuilegio Populo Romano conceſſo.*
8 *In exequutione Cameralis obligationis inter Romanos habet locum præuentio ex parte actoris.*
9 *Coram A. C. iudicia ordinaria, & multa exequutiua uia monitorij, non autem libelli introducuntur.*
10 *Per uiam citationis omnes cauſæ ordinariæ à uiginti ducatos infra incohantur.*
11 *A ſententijs latis, ſeu decretis in huiuſmodi cauſis datur appellatio à ſexdecim ducatis ſupra.*
12 *A ſexdecim infra datur exequutio non obſtante quacũque appellatione.*
13 *Proceditur etiam per citationem contra mercatores, notarios tribunalis, & eorum ſcribas, & familias.*
14 *Item in dependentibus ab obligatione Camerali.*
15 *Quomodo contra ſequeſtratarium mandato contra debitorem relaxato procedatur.*

1 AVDITOR Cameræ in uim ſuarum ordinariarum facultatum; quas, uti pro intelligentia eorum quæ in hoc opere continetur apprimè neceſſariàs, in illius calce imprimendas curauimus; eſt iudex competens, & ordinarius quarumcunque cauſarum ciuilium, criminalium, beneficialium,

lium,& prophanarum inter, & contra quoſcunque perſonas quauis auctoritate,dignitate, & poteſtate fungẽtes,& perfulgentes in Romana curia,& extra eam in prima,ſecunda,& alia quauis inſtantia, per uiam monitorij,aut per appellationem exceptis his,quæ ex diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini cap. Cauſſæ omnes, ſeſs. 24.
2 in partibus coram locorum ordinariis cognoſci debent. Ex his uerò excipiuntur cauſę ſuper exequutione quarumcunque literarum apoſtolicarum , quæ in curia,& ab eodem Auditore Cameræ, licet
3 cauſæ beneficialis ſint, in prima inſtantia cognoſcuntur. Inſuper eſt iudex Cameræ Auditor ordinarius, competens, & particularis quorumcunque officialium Romanæ curiæ, & curialium,ac mer-
4 catorum; & ad eorum inſtantiam partibus inhibet ne ipſos alibi
5 quàm in ſuo tribunali moleſtent. Præterea eſt iudex ſuperinten-
6 dẽs curiæ Burgi, Turris Nona, & curiæ de Sabellis;& à grauaminibus quibus uis illatis in prædictis curiis appellatur, & ad eum re-
7 curſus habetur,ipſoq; eius ordinaria auctoritate inhibet. Romani ſi forum Auditoris Cameræ declinare uoluerint priuilegio Popu-
8 lo Romano conceſſo uti poterunt, cameralibus obligationibus exceptis,in quarum exequutione præuentio ex parte actoris locum
9 habet. In tribunali Auditoris Cameræ iudicia ordinaria, & etiam exequutiua aliqua, utpote uigore breuis, & literarum apoſtolicarum introducuntur uia monitorij; non autem libelli, ut alibi ſo-
10 let. Per uiam citationis introduci,& inchoari poſſunt omnes cauſſæ, etiam ordinariæ, quarum ualor ſummam uiginti ducatorum auri de camera non excedit, ac ſummariè & iuxta ordinarias Auditoris facultates in illis procedi. Et in huiuſmodi ducatos uigin-
11 ti non excedentibus cauſis appellatio cùm deuolutiua,tum ſuſpenſiua conceditur iuxta ſignaturæ reformationem à decem ducatis ſupra,quæ poſtmodum ex ordine fe. re. Pij Quinti ad ducatos ſex-
12 decim eſt extenſa. A ſexdecim igitur ducatis infra exequutio ap-
13 pellatione quauis nequaquàm obſtante datur. Procedit amplius Auditor Cameræ per citationem, & ſummariè inter,& contra mercatores,contra notarios tribunalis, & eorum ſcribas, & familias: & hoc ex priuilegio latè in facultatibus prænominatis expreſſo.
14 Item procedit eodem modo in dependentibus ab obligatione Ca-
15 merali; Exempli cauſa ſi facto ſequeſtro contra ſequeſtratarium procedendum ſit, relaxato prius mandato contra principalem debitorem citatur ſequeſtratarius ad conſignandum pecunias, ſeu

bona ſequeſtrata; aliàs uidēdū cōtra ipſum decerni, & relaxari mādatum exequutiuum, ſeu mandari contra ipſum exequi mandatū contra principalem debitorem relaxatum. Et iudex in citationis termino relaxat mandatum, ſeu mandat id exequi; quod contra principalem debitorem relaxatum fuit niſi ad primam diem cum intimatione. Quo termino lapſo, & intimatione reproducta notarius contra ſequeſtratariū mādatum expedit, vel exequatur in mādato contra debitorem relaxato apponit ad creditoris electionē. Et ſi mandatum contra principalem debitorem expeditum re ipſa, & ſolutum fuerit; ſoluet creditor pro nouo mandato, ſeu exequatur cōtra ſequeſtratarium iulios quatuor cum dimidio. Si primum autem mandatum expeditum cum effectu non eſt, ſed tantùm à iudice decretum idem ſoluet pro mandato contra ſequeſtratarium, quod pro mandato contra principalem debitorem ſoluere tenebatur.

De modo procedendi in cauſis ordinariis à viginti ducatis vſque ad ducentos. Cap. X.

1 *Procedit in his cauſis monitorium perſonaliter exequutum.*
2 *Reproducto monitorio, & lapſo triduo ad illius verificationem proceditur.*
3 *Citatio, quæ fit quando verificatio per productionem ſcripturarum facienda.*
4 *Quando citatus ad dicendum contra, non poſſit vlterius contradicere.*
5 *Secus ſi iudex ſaltem tacitè non recipiat.*
6 *Citatio ad dicendum contra articulos pro examinandis teſtibus.*
7 *Iuramentum teſtium ſaltem per diem omninò examen procedit.*
8 *Examen poteſt quocunque die etiam feriato recipi.*
9 *Iuramentum teſtium recipiendum eſt die iuridico, licet aliter in tribunali fiat.*
10 *In ſummario commiſſo examine in quibuslibet cauſis iuramentum teſtis ſufficit in ipſo examine præſtandum.*
11 *Producens articulos cauſa ſe ab onere probationis eximendi obtinet monitorium ad reſpondendum.*
12 *Monitorij huiuſmodi formula.*

Citatio

13 *Citatio, quæ hoc monitorium ſequitur.*

14 *Pars admittitur ad reſpondendum articulis quandocunque ante iudicis pronunciationem ſuper confeſſione.*

15 *Articulis factum alienum concernentibus aduerſario inſtante quomodo ſit iurandum.*

16 *Si factum proprium concernunt, debet dans præciſe per factum veritatis iurare.*

17 *Actoris procurator reo conuento inſtante medio in ſui principalis animã iuramento reſpondere tenetur.*

18 *Item cogitur examinari tanquàm teſtis ſuper his, de quibus, antequàm procurator conſtitueretur, erat informatus.*

19 *Secus de his, quæ ſciuit poſtquàm fuit conſtitutus procurator.*

20 *Articuli poſitiuè, non autem interrogatiuè fiunt.*

21 *Si fiant interrogatiuè pars illis non tenetur reſpondere.*

22 *In cauſis exequutiuis pro habenda articulorum reſponſione non eſt opus monitorio, ſed ſimplex citatio ſufficit, & quare.*

23 *Citationes in cauſis ordinarijs à viginti ducatis ſupra de ſtylo tribunalis A.C. perſonaliter fiunt.*

24 *Tutius eſt citationes ad ſententiam, & alias ſimiles ſubſtantiales perſonaliter facere.*

25 *Verificato monitorio, ſi illud fuerit negatum, quæ citatio fiat.*

26 *Quæ ſi non eſt negatum.*

27 *Lata per decretum, vel per cedulam ſententia iudex mandatum niſi ad primam diem decernit.*

28 *Hæc conditio eſt reſpectu exequutionis, non autem condemnationis.*

29 *Terminos ad appellandum currit à die factæ intimationis.*

30 *In cauſis exequutiuis cum cedula, & ſine cedula appellatio recipitur.*

31 *In cauſis ordinariis, & præſertim à diffinitiua non ualet appellatio, niſi appellationis cedula detur.*

32 *Remedio, quo uti poteſt appellans appellationis cedulam in prompto non habens.*

1 IN cauſis ordinarijs à viginti ducatis vſque ad ducentos monitorium perſonaliter exequẽdum præcedere debet.
2 Hoc exequuto, & in notarij actis reportato, lapſis tribus currentibus diebus in illo parti ad comparendum aſsignatis agẽs ad illius verificationem per inſtrumentorum, vel aliarum priuata-

rum

rum ſcripturarum exhibitionem,vel teſtium examen,vel per aliud
3 probationis genus à iure indultum procedit. Et ſi inſtrumenta,
vel alia iura producere vult partem citat ad dicendum contra iu-
ra producta,& repetita,videndum iurare teſtes ſuper illorum reco
4 gnitione, quatenus opus ſit. In cuius citationis termino ſi inſtru-
mentum aliquod exhibet,quod in forma probanti non ſit,& cita
ta pars nihil opponit;& iudex in cauſa ad ſententiam poſtea pro-
cedit inſtrumentum eiuſmodi tacitè recepiſſe, & admiſiſſe uide-
tur:& ideò dubitari poſſet partem aduerſam non poſſe amplius
5 opponere;quòd in forma probanti non ſit. Secus accedit ſi iudex
illud ſaltem tacite non recipit:quia in hunc caſum ſicuti iudex poſ
ſet illud ex officio reiicere,ita etiam pars,quòd non eſſet in probā-
ti forma opponere poſſet. Et idcirco cauti procuratores ſemper
iura,quæ ex aduerſo proferuntur impugnare conſueuerunt,dicen
do generalia contra uerbo ſolùm, ſaluo iure excipiendi in ſcrip-
tis &c.per quam generalem exceptionem illis ius in qualibet iudi-
6 cij parte latiùs excipiendi,& ſpecificandi præſeruatur.Quando au
tem altera partium pro monitorij ucrificatione, uel alterius inci-
dentis probatione teſtibus indiget,& articulos illorum examinan
dorum gratia exhibet partem aduerſam citari curat ad dicendum
contra articulos facto datos, uidendumque illos ad probandum
admitti, & committi notario cauſæ receptionem iuramentorum
teſtium in forma ad primam diem, & poſtquam commiſſum fue-
rit uidendum illos iurare in eorum, uel notarij domibus, uel ubi
reperti fuerint, tam ſuper dictis articulis, quàm tota cauſa per to-
tam illam, & ſex,uel octo,aut decem ſequentes dies,& ad dandum
interrogatoria,ſi quæ dare uoluerit, per totam dictam primam &
ſequentem dies, aliàs uidendum mandari examinari ſine ad ean-
dem primam diem. In cuius citationis termino iudex præuia arti-
culorum admiſsione,& iuramentorum teſtium commiſsione exa
minari mandat niſi ad primam diem, cum intimatione ſiue cum
7 intimatione ſimpliciter,aut aliàs eius arbitrio. Qui teſtes præmiſ-
ſo iuramento quòd omnino ſaltem per diem examen illorum pre
8 cedere debet, à notario examinantur. Et quamuis examen hoc et
9 in die ad honorem Dei feriato fieri poſsit, tamen iuramentum an
tedictum in die non feriato recipiendum eſt ex iuris diſpoſitione.
Et etiam ſi ſtylus tribunali Auditoris Cameræ concedat die quo-
cunque indifferēter pręſtari poſſe,nihilominus tutius reor ad tol-

lendum

10 lendum omnem dubitationem per notarium iuridice die recipi. Præterea animaduerte, quod id quod diximus, de iuramentis examen uno die præcedere debentibus intelligitur regulariter: ſecus autem ſi à iudice ſummarium examen committatur: quia tunc ad proceſſus ualiditatem ſufficit iuramentum in examinis actu præſtitum: idq; intellige tam in exequutiuis, quàm ordinariis cauſis, & tam ſuper materiis, quàm articulis illarum loco: & ſummarium hoc examen non ſemel, præſertim non opponente
11 parte, iudex committit. Nonnunquàm pars articulos exhibens cauſa ſe ab onere probandi eximendi inſtat aduerſam partem illis per uerbum credit, uel non credit reſpondere, & hoc monitorium
12 propterea obtinet. De mandato &c. Moneatur ad inſtantiam A. B. exaduerto principalis quatenus infra triduum proximum ſub quingentorum ducatorum auri Cameræ &c. & in ſubſidium excõmunicationis, aliiſq; &c. pœnis debeat poſitionibus, & articulis pro parte inſtantis in actis notarij cauſæ exhibitis medio iuramento per uerbum credit, uel non credit ſingulariter ſingulis ſufficien-
13 ter reſpondiſſe, & ueritatem depoſuiſſe. Et ſi ſenſerit &c. Quo monitorio perſonaliter exequuto, & in actis reproducto, fluxoque triduo in eo præfixo partem aduerſam citari facit ad reſpondendũ poſitionibus, & articulis in actis datis ſingulariter ſingulis iuxta formam monitorij, alias uidendum mandari haberi pro confeſſatis. In cuius termino iudex pro confeſſati haberi articulos decer-
14 nit niſi ad primam diem cum intimatione. Verum pars ad reſpondendum admittitur non tantum poſt dictum terminum ad primã ſed etiam poſt decem dies, & etiam quandocunque re integra: id-
15 eſt antequàm iudex ſuper confeſsione eiuſmodi pronunciet. Et aduerte, quòd ſi articuli factum alienum concernũt pars illos producens ad aduerſæ partis inſtantiam de calumnia iurare tenetur, & quòd credit articulos eſſe ueros ſecundum eius ſcientiam, & cõ-
16 ſcientiam. Si uerò articuli proprium concernunt factum debet præciſè iurare per factum ueritatis: quia ſicut pars ſatisfacit reſpõdendo poſitionibus per uerbum credit, ita etiam ponens debet ſa-
17 tisfacere iurãdo de ueritate, ut par ſit ratio utriuſque. Nota etiã, quòd actoris procurator ad rei inſtantiam nedum medio iuramẽto in ſui principalis animam procuratorio nomine articulis, & po
18 ſitionibus reſpondere; uerum etiam tanquàm teſtis ſe examinarẽ tenetur; ſuper his tamen, de quibus, antequàm eſſet conſtitutus

procura-

procurator,informatus erat.Et hoc ad euitandum fraudem,quam principalis committere poſſet:ualeret enim illum,ad ueritatem oc
19 cultandam,procuratorem conſtituere. Aliter euenit de his quorum notitiam habuit poſtquam procurator eſt conſtitutus: non
20 tenetur enim procurator cauſæ ſecreta reuelare. Poſitiones autẽ, & articuli poſitiuè, non interrogatiuè fiunt,etenim ſi interrogati
21 uè fieri non obligaretur illis pars reſpondere. Antequàm ex hac poſitionum reſponſionis materia egrediar hæc aduerſus notariorum,& ſubſtitutorum opinionem refero. Conſulunt ipſi partes & procuratores, ut pro dicta reſponſione obtinenda in exequutiuis cauſis monitorij uigore agant, illudque expediunt,& tradunt ſub ſuperius narrata forma:quod utique neceſſarium non eſt,ſed ſimplex citatio ſufficit. Quia cum principale negocium de ſui natura exequutiuum ſit emergens hoc,& dependens ab illo ſecundo principalis iudicij naturam regulari debet:nam idem principalis,& acceſſorij negocij iudicium eſt.Hæc ſatis ſint de poſitionibus,& articulis,ac illorum reſponſione.Ad rem in hoc capite propoſitam re-
23 uertor. Citationes in hiſce ordinariis cauſis à uiginti ducatis ſupra de tribunalis ſtylo perſonaliter fiunt; licet forſan poſſent pro ualidis ſuſtineri quando alia citatio perſonalis præceſsiſſet; uel ad eligendum domicilium,in quo citari uellet, aliàs uidendum decerni proceſſum per affixionem ad ualuas curiæ,& in acie campi Floræ pars citata fuiſſet. Si enim citatus domicilium eligit citatio-
24 nes in electo domicilio fiunt.Tutius tamen exiſtimo ad ſententiã,
25 & alias ſimiles ſubſtantiales citationes perſonaliter exequi. Verificato monitorio ſuper negocio principali facto altero ex ſupraſcriptis modis,aut monitorium fuit negatum, aut non. Primo caſu fit citatio ad uidendum inſtanti deferri iuramentum in ſupplemẽtum plenæ probationis,quatenus opus ſit,abſolui eundem inſtantem ad effectum &c.nec non concludendum,concludique uidendum,& audiendum ſententiam diffinitiuam,& uidendum reintegrari monitorium,& decerni mandatum exequutiuum. Et aliquãdo etiam additur,iuxta rei,& perſonarum qualitatem, & in ſubſi-
26 dium ſe excommunicari ad primam diem,uel per totum.Secundo uerò caſu citatio eodẽ modo fit, omiſsis tantum illis uerbis ad uidendum reintegrari monitorium:quia cum illud per negationem ſuſpenſum non fuerit, illius reintegratio neceſſaria non eſt. Et in hunc euentum condemnatur reus in ſententia ad dandum, & ſol-

uendum

uendum A. ſummam ſcutorum quingentorum &c. & pro illis mādatum exequutiuum iudex decernendum fore & eſſe declarat. Si autem negatione monitorium ſuſpenſum eſt, ita formabis ſententiam. B. ad ſoluendum &c. condemnamus, & monitorium contra eum propterea factum, exequutum, & in actis notarij cauſæ reproductum redintegrandum, & mandatum exequutiuum pro di-
27 cta ſumma decernendum fore, & eſſe &c. Et noueris quòd ſiue per cedulam, ſiue per decretum feratur ſententia iudex reſpectu mandati ſemper facit decretum niſi ad primam diem cum intimatione.
28 Et licet conditio eiuſmodi non condemnationis, quæ uerè ſimpliciter facta dicitur, ſed tantum exequutionis reſpectu apponatur; & conſequenter terminus ad appellandum à die ſententiæ latæ currat; nihilominus in tribunali contrarium ſeruatur: ſufficit enim infra decem dies à die factæ intimationis computandos appellare. Contra tamen hunc modernum uſum ſentiebat bo. me. Petrus Guicciardinus bo. me. Flauij Vrſini tūc Cameræ Auditoris locūtenens: & quando in cauſa per cedulam pronunciabat, quia tunc maior cauſæ cognitio adhibita eſſe uidebatur; uolebat terminum decem dierum à die ſententiæ, non autem à die factæ intimationis currere: quando uerò pronunciabat ſimplici decreto incipere à die intimationis. Huius erat ille opinionis; modo autem à multis annis citra ſeruatum fuit, & ſeruatur, quòd ſufficiat utroque ca-
30 ſu infra decem dies à die intimationis appellare. In exequutiuis
31 cauſis cum cedula, & ſine cedula appellatio recipitur; in ordina-
32 rijs uerò, & præſertim à diffinitiua non niſi cum datione cedulæ appellationis: & ſi appellans illam tunc in promptu non habet, offert notario ſequenti, uel ſubſequenti die ferre; qui, ſe parti in hoc gratum præbendo eam recipere, & ſub die illius interpoſitionis in actis annotare ſolet.

De aliquibus ad teſtium examen attinentibus. Cap. XI.

1 *Teſtes in tempore iurati quandocunque examinantur.*

2 *Quem terminum cauti procuratores parti aſſignari faciant, ut teſtes poſt aſſignatum terminum non examinentur.*

3 *Teſtes quandocunque iudex de ſtylo examinari mandat.*

4 *Interpres iurat de fideliter interpretando.*

5 *Teſtium in examine quid facere debeat notarius ad euitandum partium præiudicium.*

6 *Publicatio teſtium impedit examen nouorum teſtium. ſecus ſi illorum copia habita non fuerit.*

PRAETER ea, de quibus in proximo capite circa te-
ſtium examen locuti fuimus aliqua mihi occurrunt
non iniocunda, quæ inferius locare propoſui. Teſtes
1 in tempore iurati poſſunt quandocunque, etiam poſt
lapſum terminum ad probandum præfixum, examinari: quia, cum
teſtis depoſitio ad iuramenti diem retrotrahatur, intra terminum
2 facta cenſetur. Et ob id cauti procuratores curent aduerſæ parti
præfigi terminum nedum ad probandum, uerumetiam probatum
habendum per omne probationis genus, ac etiam examinandum,
& examinari faciendum teſtes ex aduerſo, ut dicitur, inductos, &
iuratos: qua pręfixione ſtante, notarius nequit teſtes poſt aſsigna-
tum terminum examinare, niſi de iudicis expreſſo mandato: qui
(ita in omnibus tribunalibus Vrbis uigẽtes conſuetudinẽ) quan-
docunque re integra teſtes, præſertim quando illos habet in prom-
ptu examinari mandat. Niſi forte eſſemus in ultimis, in buibus
nec articuli admittuntur, nec examinati teſtes publicantur. Et
4 quoniam in teſtibus examinandis ut plurimum à partibus inter-
pres adhibetur, qui maiori, quàm deberet, diligentia utens; licet de
fideliter interpretando iuramentum præbeat; præter interrogato-
ria, quæ in ſcriptis dantur, alia complura impertinentia forſan,
5 & illicita teſtibus facit; caueat notarius, cui examen committitur,
& qui in hoc iudicis delegati officium obeſt, ne alicui partium fiat
iniuria; & examen ſcribis magis expertis ſui officij recipiendum
iniungat: & pręcipuè quando unicus tãtum interpres pro una par-
6 te interuenit. Et licet regulariter practicetur quod poſt didicita te
ſtificata ſuper iiſdem, & de directo contrariis, pars ad nouos teſtes
examinandum admittatur; hoc intelligendum eſt procedere ſi con
ſtet partem copiam teſtium habuiſſe; ſecus ſi non habuerit: quia
publicatio teſtium facta non cenſetur, quamuis petita ſit, & obten
ta, niſi conſtet copiam cum effectu datam fuiſſe, ut dixi. Aduer-
te tamen quòd in ultimis audientiis in commiſſariis cauſsis regula
riter teſtes non publicantur, neque articuli admittũtur: pars enim

id cauilloſe, & animo cauſæ expeditionem differendi, & in nouas audientias reiiciendi petere uidetur: & ideo illi imputandum eſt, qui in ſuis probationibus faciendis nimium ſe arctauerit.

De proceſſu in cauſis ordinarijs à ducentis ducatis ſupra. Cap. XII.

1 *In quo differant cauſæ ordinariæ à ducentis ſupra, à Cauſis à ducentis infra.*
2 *Seruantur termini in cauſis à ducentis ſupra, ut in beneficialibus.*
3 *Beneficiales cauſæ ſummariæ dicuntur.*
4 *Beneficialibus in cauſis non eſt opus litis conteſtatione.*
5 *Termini ſubſtantiales in cauſis ordinariis à ducentis ſupra ſeruandi.*
6 *Hi termini ad unius inſtantiam ſeruati inſeruiunt etiam alteri.*
7 *Idem euenit in citatione ad ſententiam.*
8 *Sententiæ cedula eſt per iudicem notario actu conſignanda; ſecus nulla eſt ſententia.*
9 *Durante terminorum ſubſtantialium ſeruatione ad aliorum terminorum ſeruationem, non autem ad ſententiam procedi poteſt.*

1 CVM inter cauſas à ducentis uſque ad quamcunq; ſummam, & à ducētis infra, de quibus modo tractauimus, nil aliud interſit, quàm terminorum ſubſtantialium, quos infra deſcripſi, ſeruatio, quæ in illis neceſſaria eſt, in his autem minimè; breuibus me expediam; & facultatum Auditoris Cameræ uerba referam, quibus cauetur, quòd in his ter-
2 mini ſubſtantiales, ut in beneficialibus ſeruentur. Et quia benefi-
3 ciales cauſæ ſummariæ dicuntur, & in eis litis conteſtatione non
4 eſt opus, meritò ſolùm infra poſiti termini ſubſtātiales ſeruantur.
5 Ad dicendum contra commiſſionem; ſi commiſſaria ſit cauſa; & ad libellandum ad primam diem, ad articulandum ad octauam diem, ad dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta ad ſecundam diem, nec non declarandum, & iurandum de calumnia ad primam diem. De reliquis terminis, de quibus in terminorum formulario, ad reſpondendum ſcilicet libello, & litem conteſtandum, cum multis abhinc annis ab aula receſſerint; uerba non facio. Et aduerte, quòd præſcripti

 ſubſtan-

ſubſtantiales termini ad unius ex collitigantibus inſtantiam ſeruati
7 ti alteri parti inſeruiunt. Et pari modo terminus ſeruatus in citatione ad ſententiam facta ad unius partis inſtantiam alteri ſeruit; & ſub illa iudex contra citantem pronunciare poteſt, ea enim communis eſt. Et in hunc caſum notarius ita terminum in citationis calce extendit. Comparuit N. principalis citra &c.& petijt ut ſupra. Ex tunc Dominus concluſit, & pronunciauit, prout in cedu-
8 la, quam facto legit, & mihi notario dedit tenoris &c. Quam cedulam ſubſcriptam iudex notario actu tradere tenetur, aliàs nulla eſſet ſententia, iuxta tenorem Bullæ PII Quarti ſuper reformatione tribunalium Vrbis. Et hic actus conſignationis cedulæ non
9 ſcribitur tunc per notarium, ſed ad diem ſeruati termini retrotrahitur. Puto in terminorum ſubſtantialium ſeruatione plures procuratores, & notarios decipi: nam durante termino ad articulandum citant partem ad ſententiam; idq; à iure diſſonum eſſe uidetur: quia durante dilatione octo dierum parti ad articulandum conceſſa iudicis officium quieſcit. Verum nihilominus eſſe exiſtimo, quòd ſi pẽdente dilatione eiuſmodi ad aliorum ſeruationem terminorum procederetur haberẽt locum facultates reiterandi, & ſanandi nullitates; ut habent quando terminorum ſubſtãtialium ſeruatio per aſſertum procuratorem facta eſt, dummodo in ipſius reiterationis actu uerſus ſit procurator. Cæterum ſuprascripti termini in prima ſeruantur inſtantia, qui autem in ſuccedaneis ſeruantur inſtantijs hic à me non ponuntur: cum diffusè illos in terminorum formulario uidere liceat.

De monitorijs per edictum, & illorum exequutione. Cap. XIII.

1 *Monitoria per edictum concedit Auditor Cameræ quando cauſa eſt cognoſcenda in curia.*
2 *Et pro exequutione literarum Apoſtolicarum, & aliorum, quæ hic ſingulariter referuntur.*
3 *Et in his in quibus eſt iudex ſpecialiter deputatus.*
4 *Dantur hæc monitorio conſtito de non tuto acceſſu ſummariè, & extraiudicialiter.*
5 *Quomodo hæc monitoria exequantur.*

Ter-

6 *Terminus ad comparendum ab vltima exequutione computatur.*
7 *Terminus huiuſmodi debet eſſe competens, alias citatum ad comparendum non arctat.*
8 *Monitoria hæc vacationum generalium tempore in curia per edictum intimantur.*

1 MONITORIA per publicum edictum Auditor Cameræ concedere eius ordinaria authoritate conſueuit,& paſsim concedit in cauſis, quæ in curia cognoſcendæ
2 ſunt; item in exequutionem Apoſtolicarum literarũ ſub plumbo, vel in forma breuis expeditarum , ac exequutorialiũ Rotæ , & per rationem debiti in curia contracti, & pro exequutióne cameralis obligationis, & in ſumma in his omnibus, quibus nõ
3 obſtant Concilij Tridentini decreta . Præterea concedit in cauſis, in quibus à Papa ſpeciali reſcripto eſt deputatus. Hæc monitoria concedi ſolent in locis alienæ, & aliquando etiam eccleſiaſticæ di-
4 tioni mediatè ſubiectis . Dantur conſtito ſummariè,& extraiudicialiter de non tuto acceſſu . Formulas illorum uti notas, & in inſtrumentorum formulario extenſas hic apponere neglexi. Hoc dũtaxat de illorum exequutione dicam,cum ibi non exprimatur cer-
5 ta forma . Exequuntur & intimantur per affixionem valuis duarum eccleſiarum cathedralium magis propinquorum iuriſdictioni,ſub qua monendus degit. Exempli cauſa ſi in Hiſpaniarum Regnis tutus non patet acceſſus ad aliquod breue, ſeu literas intimãdum monitorium intimatur, & affigitur ualuis Cathedralium eccleſiarum Ianuenſis,& Saonẽſis, tanquam ciuitatibus propinquioribus regnis illis, quæ extra illarum iuriſdictionem ſunt , & tutius pro hac intimatione facienda . Et affigitur in partis prædictis originale monitorium , & publicè legitur; & ibi aliquandiu dimittitur,& ſubinde amouetur dimiſſa illius vice copia cum originali concordante; de quibus omnibus præciſam notarius fidem facit. Amplius legitur quoque, affigitur, & publicatur in curia in duobus locis,audientia ſcilicet literarum contradictarum,ac ualuis baſilicæ Apoſtolorum Principis,uel audientiæ cauſarum palatij Apo-
6 ſtolici. Terminus, qui in monitorio eiuſmodi,ſeu citatione reo ad comparendum aſsignatur,incipit à die vltimæ intimationis currere. Et ideo cauti procuratores, antequàm monitorium in partibus exequendum mittant,in curia intimari faciant, ne cogantur tem-

poris

poris tantum ſpatium poſt intimationem de partibus expectare.
7 Terminus autem ad comparendum præfixus debet eſſe competens conſiderata loci longinquitate:aliàs nulla eſſet citatio,& monitum ad comparēdum non arctaret etiam poſt breuem illum ter-
8 minum.Tempore vacationum generalium, quæ quotannis indicuntur à Calendis menſis Iulij,uſque ad Cal. Octobris ceſſat contradictarum literarum audientia, & monitoria hæc per edictum non per notarium contradictarum, ſed per curſores per edictum publicum in ualuis cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie campi Floræ publicantur. Si autem contra citatos per ſimile edictum cenſuras obtinere vis debitis ſeruatis proceſsibus ad illarum fulminationē inſtabis.

De iudicio exhibitionis. Cap. XIIII.

1 *Contra quem hoc intentetur iudicium.*
2 *Monitorium, quod in hoc iudicio fit.*
3 *Elapſo triduo monitorij, quæ citatio fiat.*
4 *Negato monitorio debet verificari rem, cuius exhibitio petitur, penes reū conuentum extare.*
5 *Facta hac verificatione quæ fit citatio.*
6 *Hoc iudicium eſt ſummarium.*
7 *In hoc iudicio ſubſtantiales termini non ſeruantur.*
8 *Ab hoc decreto non appellatur, & quare.*
9 *Citatio quæ præmittitur in delatione iuramenti in litem.*

1 EXHIBITIONIS iudicium, quod in tribunali remota etiam appellatione datur; ſiue contra principalem debitorem, ſiue contra tertium penes quem reperitur depoſitata aliqua cedula obligationis, inſtrumentū,
2 aliave ſcriptura, ſeu etiam aliqua bona, aut iocalia introducitur, & contra illum fit monitorium, ut intra triduum rem exhibeat in
3 actis notarij. Lapſo hoc triduo citatur reus ad exhibendum rem in actis notarij iuxta formam monitorij, aliàs videndum contra
4 eum decerni, & relaxari mandatū exequutiuum. Si reus ſe aliquid habere negauerit, incumbit agenti probare, ad ſuam uerificandam petitionem, ſaltem facti monitorij, aut introducti iudicij tempo-

re rem, cuius exhibitio petitur, habuiſſe. Non deſunt enim cauillo ſi aliqui, qui in partis, & iudicij fraudem ſtatim factu monitorio, aut citatione rem petitam penes aliquem dimittunt, & ſic non habere aſſerũt. Hac ſequuta uerificatione citatur iterum reus ad ex-
5 hibendum, aliàs uidendum contra ipſum decerni, & relaxari man-
6 datum exequutiuum. Quod iudex uiſis teſtibus relaxat niſi ad primam diem cum intimatione. Et quoniam iudicium hoc eſt ſummarium, & datur iſta actio ad exhibendum ad effectum recogno-
7 ſcendi bona, uel ſe iuuandi aliqua ſcriptura, nulli ſeruantur in eo ſubſtantiales termini, nec aliqua proceſſus ſolennitas requiritur.
8 A decreto antedicto non appellatur, ſed ſtatim exequutio committitur: quia iudiciũ hoc exhibitionis uel ad alterius principalis iudicij præparationem ſemper tendit, uel ad probationes proponendas. Et hoc uidi pluries in contradictorio iudicio practicari.
9 Accidit etiam quòd nonnunquàm in ſimili quæſtione contra reũ debitè in iudicio conuentum ob non exhibitionem rei petitæ actori pro intereſſe paſſo iuramentum in litem deferendum ſit; & in hoc caſu delationis iuramenti, quod per iudicem actori deferri ſolet, citatur reus cõuentus ad uidendum per d. iudicem taxari, & liquidari damna, & intereſſe paſſa &c. nec non infraſcripto inſtanti deferri iuramentum in litem, & etiam in ſupplemẽtum plenę probationis, quatenus opus ſit; & ſic præuia iudicis taxatione, quæ omninò præcedere debet; iudex dictum iuramentum parti defert, & pro ſumma liquidata reum condemnat. Quibus autem, & quando hoc iuramentum deferatur, & an hoc caſu condemnatus ualeat appellare iuris eſt.

De iudicio cum procuratore inchoando. Cap. XV.

1 *Iudicium cum procuratore generaliter conſtituto poteſt inchoari.*
2 *Procuratori huic dantur dilationes ad principalem conſulendum, ſi eas petierit.*
3 *Cenſuræ non dantur contra debitorem in iudicio cum procuratore inchoato.*

1 SI procurator ſit generaliter ad omnes lites & cauſas, actiuas, & paſsiuas, motas, & mouendas conſtitutus, & perſonaliter in curia apprehendatur iudicium in-
2 choari poteſt. Cui procuratori ante litis conteſtationem dilationes ad principalem conſulendum petenti iuxta loci di
3 ſtantiam negari non poſſunt. In hoc tamen iudicio cum procuratore inchoato nequit iudex ad cenſuras, uel priuationem procedere: in his enim, quæ magni ſunt præiudicij, debet principalis perſonaliter citari.

De diffamationis iudicio. Cap. XVI.

1 *Termini, qui diffamanti in hoc iudicio præfiguntur.*
2 *Diffamatore nihil probante, quæ ſententia contra eum fertur.*
3 *Terminis ſubſtantialibus in hoc iudicio non eſt opus.*
4 *Pœna, qua mulctatur diffamator.*

1 IN diffamationis iudicio exequuto contra diffamatorem monitorio, quod habes infra in poſtremo libro, ac in actis reproducto, & lapſo termino citationis in eo expreſſæ; obtinetur ab actore decretum proceſſus per contradictas ſiue edictum publicum iuxta temporis qualita-
1 tem. His ſequutis iudex ad partis comparentis inſtantiam diffamãti primum, & ſecundum peremptorium terminum præfigit ad docendum de iure ſuo, ac producendum, & probandum quicquid
2 vult, & poteſt contra actorem. His terminis elapſis iudex præuia citatione ad ſententiam pronunciat A. à quibuſcunque impetitionibus, diffamationibus, iactationibus, & impedimentis per B. eidem A. ſuper tali re &c. præſtitis illatis, ac inferri comminatis abſoluendum fore, & eſſe; prout abſoluimus, & illi ſuper eis perpe-
3 tuum ſilentium imponimus, ac in expenſis &c. condemnamus. Et licet in hoc iudicio ferè omnes procuratores terminos ſubſtantiales, in aliis ordinariis cauſis de ſtylo tribunalis Auditoris Cameræ ſeruari ſolitos, ſeruent; tamen ſi contra diffamatores eiuſmodi nõ comparentes, & iudicium effugientes abſque aliqua terminorum ſubſtantialium ſeruatione procederem putarem proceſſum hunc ualidè poſſe ſuſtineri pluribus rationibus. Primò quidem, ratione contumaciæ, per quam iudicis maieſtas ſpernitur, & conſequen-

ter contumax, ſi fuit perſonaliter citatus, poteſt prædicta impoſitionis ſilentij pœna mulctari. Secundò, quia ratione diffammationis tam perſonæ, quàm bonorum reſpectu poſſet A. aduerſus B. actio iniuriarum competere. Et ex his, & aliis, quæ adduci poſſent, cauſis Iudex ex officio ſine terminorum ſubſtantialium ſeruatione, & prout in criminalibus cauſis procedere poſſet. Idem prorſus puto ſeruandum ad inſtantiam rei conuenti contra actorem, qui monitorium ab Auditore Cameræ obtinuit, exequi fecit, & poſtea reproducere neglexit, uel pœnituit. Tunc enim debitis ſeruatis terminis, ſiue præuia termini præfixione, ut ſupra dixi, eoq; elapſo, nec per actorem aliquid releuans probato, ſeu nihil omnino deducto, ipſe monitus abſolutoriam ſententiam ſub ea, quam modo poſuimus, forma obtinebit. Et fertur ſententia hæc licet pro actoris parte, vt innuimus, nihil penitus deductum, neq; lis conteſtata ſit; quia ſententia ipſa nedum præſens uerumetiam futurum concernit iudicium, & propter duplicatam, ſeu reiteratam actoris contumaciam litis conteſtationem nõ exigit: & eſt diffinitiua, quæ facit iudicatum, & conſequenter ab ea appellatur. Nec uerum eſt, ut nonnulli exiſtimant, ſententiam hanc uti abſolutoriam à iudicij obſeruatione ferendam eſſe, & ſic interloquutoriam dici: quoniam ſententia ab obſeruatione iudicij eſt ea, quæ fertur ratione nulli, aut aliàs inepti, ſiue inordinati proceſſus: ſecus in caſu præmiſſo, ut dixi.

De proceſſu inter, & contra mercatores faciendo. Cap. XVII.

1 *Impugnatio ſtyli notariorum Auditoris Cameræ.*
2 *Si proceditur contra mercatorem uigore cedulæ depoſiti ſeu literarum cãbij appellatio non admittitur.*
3 *Secus in alijs cedulis.*
4 *De ſtylo tribunalis inter, & contra mercatores nulli ſeruantur ſubſtantiales termini.*

IN proceſſu inter,& contra mercatores faciendo; cum illius modus in notoriis Auditoris Cameræ facultatibus ſatis apparenter ſit traditus; nihil eſt quod laborem hæc pauca ſolùm referam circa admiſsionem appellationum, de qua in facultatibus prædictis nulla mentio, contra nonnullorum tribunalis notariorum opinionem;qui neſcio uidere ſub quo prætextu ſtylum tribunalis eſſe retulerunt;quòd ſi in tribunali aliqua contra mercatorem cedula producitur, & illius uirtute ad decretum relaxationis mandati procedetur; ſi ex mercatoris conuenti parte ab hoc decreto appellatur,appellatione hac minimè obſtante Auditor Cameræ ad illius exequutionem procedere poteſt.
1 Verùm cum relatus ſtylus aliquibus probabilibus rationibus non uideatur munitus, conſtanter audeo dicere illum nõ
2 uerificari niſi in depoſitorum cedulis, & cambiorum literis, quæ
3 de earum natura paratam exequutionem habent. In aliis uerò cedulis,etiam quòd ſuper re mercantili agatur, paſsim datur, & admittitur appellatio, qua pendente manus iudicis deuinctæ ſunt. Et licet Auditor Cameræ in his ui ſuarum ordinariarum facultatũ manu regia, & ſola facti ueritate inſpecta procedat,non propterea appellatio ſuſpenſiua, & deuolutiua, ſed tantum iudicij ſolennitas tollitur, vt puta monitorium, terminorum ſubſtantialium ſeruatio,& ſimilia.
4 Et etiam ſi aliqui non defuerint, qui dixerunt in hiſce cauſis contra mercatores,dummodo tamen ſuper &c. mercantili non agatur,quatuor ſaltem terminos ſeruari debere,ad articulandum ſcilicet,dicendum contra articulos,producendum omnia, & dicendum contra producta: tamen de ſtylo tribunalis, à Rota aliàs tacitè comprobato ſeruatio horum nec aliorum ſubſtantialium terminorum neceſſaria non eſt.

De ſequeſtris, & arreſtis, illorumq; reuocatione. Cap. XVIII.

1 *Sequeſtra, & arreſta, quæ cautionis gratia fiunt, quomodo reuocentur.*
2 *Quando ſiunt cauſa exequutionis quo pacto reuocentur.*
3 *Aliud remedium illorum reuocationis.*
4 *Verbum cauere quid importet, & quomodo in Vrbis tribunalibus intelligatur.*

Cautio-

5 *Cautiones, quæ iudicialiter dantur, notarij periculo recipiuntur.*
6 *Anfideiuſſor in forma depoſiti habeat exceptiones.*
7 *Fideiuſſor in forma depoſiti nullitatis exceptionem opponere poteſt, & ſu per ea auditur.*
8 *Iudex mandat obligationem in forma depoſiti caſſari, ſi de mandati nullitate conſtat.*
9 *Notarius non debet caſſare inſtrumentum pendente termino decendij ad appellandum.*
10 *In caſſatione inſtrumenti qui termini ſeruentur, & quando ſit caſſandũ.*
11 *Quo pacto reuocetur monitorium cum arreſta contra debitorem in curia repertum.*

1 SEQVESTRA, & arreſta aliquando fiunt ad effectum aſſecurationis iudicij, & tunc remedio cautionis de ſtā
2 do iuri, & iudicatum ſoluendo tolluntur. Interdum
3 fiunt ad effectũ exequutionis, & tunc non niſi ſub cautione in forma depoſiti reuocantur. Nonnunquàm dantur pro credito non ſufficienter uerificato; & tunc citatur pars, quæ illud obtinuit, ad uidendum ſibi præfigi terminum ad uerificandum prętenſum ſequeſtrum, ſeu arreſtum: & ſi præuia termini competentis præfixione, & illo elapſo citatur denuo pars ad uidendũ reuocari ſequeſtrum, ſeu arreſtum, attento quòd in termino ei præfixo illud non uerificauit: & iudex reuocat niſi ad primam diem cũ intimatione. Et præmiſſa poſſunt adaptari etiam ad arreſta, quæ in carceribus fiunt, & mandata ſuſpitionis fugæ, ſingula ſingulis
4 congruè referendo. In Auditoris Cameræ, cæterisq; omnibus Vrbis tribunalibus uſu receptum eſt decretum iudicis, reuocamus data cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; ſeu in forma depoſiti, & ſimilia pasſim intelligi cum præſtatione idonei fideiuſſoris; ac ſi expreſſè iudex dixiſſet dato idoneo fideiuſſore: licet uideatur de iure poſſe affirmari quem non arctari præſtare fideiuſſorem, cùm regulariter uerbum cauere ſatiſdationem non importet, ſed tantùm ſimplicem notarij ſtipulationem, & partis obligatio-
5 nem. Notarios moneo, ut; cùm cautiones huiuſcemodi iudiciales eorum periculo recipiantur; fideiuſſores ne dum facultatibus, ſed etiam exigendi facilitate idoneos recipiant: ne partibus, & ſucceſ-
6 ſiue ſibi ipſiș damno ſint. Dubitari interdum contingit in tribunali Auditoris Cameræ, an contra fideiuſſores eiuſmodi in forma

depoſiti obligatos ad exequutionem reiectis quibusuis nullitatibus, tam ex capite notoriæ iniuſtitiæ, quàm alias ex quocunque capite reſultantibus; ſiue illæ à fideiuſſore, ſiue à principali debitore opponantur, procedendum ſit. Et licet prima facie uideatur eſſe affirmatiuè reſpondendum, cùm nullam exceptionem depoſitario competere dicatur; tamen paſsim contrarium ſemper dum
7 ſubſtitutum in eodem tribunali geſsi ſeruari uidi. Si enim iudici de ſequeſtri, pro quo cautio præſtatur, ſeu relaxationis mandati
8 nullitate conſtat, uel alias de notoria iniuſtitia iudex ipſe ad opponentis inſtantiam ad reuocationem procedit, & fideiuſsionem in forma depoſiti tanquam dicto ſequeſtro, ſeu mandato indebito, & exequutioni illius nulliter factæ acceſſoriam caſſari mandat.
9 Aduertat tamen notarius, ne huius decreti uigore ſtatim obligationis inſtrumentum caſſet; cum ab hoc decreto appellatio ad utrumque effectum admittatur: ſed lapſo decendiũ ad appellandũ,
10 ſeruatisq; quatuor ſolitis terminis ad docendum de appellatione, illiusq; legitima proſequutione; & præcedente demum alia citatione ad uidendum caſſari mandari &c. & decreto iudicis ſuper illa
11 inſtrumentum caſſari mandat. Fit aliquando monitorium cum arreſto contra debitorem in curia repertum pro debito, cuius ſolutio in partibus eſt deſtinata: quia ubi debitor reperitur, ibi conueniri poteſt: nec reuocatur hoc caſu arreſtum niſi remedio cautionis de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, ac conſtituto procuratore reperibili, & acceptante, ac lite conteſtata; præſertim quando reus alienæ ſubiacet iuriſdictioni, nec ſtabilia bona in eccleſiæ terris poſsidet. Secus quando poſsidet bona ſtabilia in terris eccleſiæ ultra cauſæ, de qua agitur, ualorem: quia tunc hoc uerificato ſummariè, & extraiudicialiter, conſtituto procuratore, & lite conteſtata arreſtum reuocatur. Notandum eſt tamen; quòd ſi ſolutio eſt in partibus deſtinata, cautio de iudicatum in partibus ſoluendo præſtatur. Idem dico de mandatis ſuſpitionis fugæ quando ſumma in partibus debetur. Hæc etiam ad arreſtorum propoſitam ma-
12 teriam faciunt, Licet ex diſpoſitione bullæ fe. re. Pij Papę Quinti ſuper reformatione tribunalis Auditoris Cameræ æditæ uerſ. *In cauſis uero &c.* ad contumaciales pęnas procedi prohibeatur; tamẽ ſi acciderit; ut pluries in Auditoris Cameræ tribunali accidit; aliquem arreſtatum non petita licentia, nec arreſto reuocato à curia recedere, reformatione antedicta non obſtante ad cenſuras, & pę-

nas in arreſto contentas contra illum proceſſum fuit, & proceditur ea (ut arbitror) ratione: nam per arreſtatum contrauenientem maieſtas iudicis ſpernitur, cuius contemptus magis inſpiciendus eſt, quàm cuius, & partis læſio; & propterea nedum ad partis inſtantiam, uerum etiam ex officio, & ad inſtar criminalium cauſarum procedi poteſt. Ad quas quidem pęnas ſui proceditur. Docto imprimis ſummariè, & extraiudicialiter de arreſtati receſſu, decreto proceſſu per contradictas, ſiue edictum publicum iuxta temporum qualitatem, pręmiſſaq; demum citatione ad uidendum ſe declarari incidiſſe pœnas in arreſto contentas, & pro illis decerni, & relaxatio mandatum exequutiuum; iudex facit decretum, & declarat arreſtatum incidiſſe pœnas arreſti, illas arbitratu ſuo moderando, & pro illis mandatum exequutiuum decernit, & relaxat niſi ad primam diem cum intimatione: & ſucceſsiuè, quatenus exequutio realis, & perſonalis in ſubſidium ad relaxationem literarum declaratoriarum; & bracchij ſecularis procedit. A quibus pœnis, & cenſuris arreſtatus non abſoluitur niſi ad Vrbem coram Auditore Cameræ compareat, & quæ ſupra retulimus, faciat.

De cauſis ad Auditorem Cameræ per uiam appellationis deuolutis, & illarum proceſſu. Cap. XIX.

1 *Auditor Cameræ eſt iudex quarumcunque appellationum in terris S. Romanę Eccleſiæ mediatè, & immediatè ſubiectis interpoſitarum.*
2 *Modus procedendi in his cauſis appellationum.*
3 *Quos terminos ſufficiat ſeruare in cauſis grauaminis.*
4 *Qui termini ſeruentur in cauſa principali appellationis.*
5 *Seruantur hi termini per reiterationem.*
6 *Citatio ad ſententiam.*
7 *Iudex appellationis non poteſt canonizare nouum ius.*
8 *A. C. pronunciat tantum malè, uel bene appellatum.*
9 *Secus ſi ſuperueniat commiſsio.*
10 *Termini extra curiam non ita exactè ſeruantur, & eorum exacta ſeruatio*

tio non attenditur.

11 *Qui uult ad cauſæ expeditionem procedere, debet proceſſum de partibus producere.*

1 AVDITOR Cameræ propriè eſt iudex competens, & ordinarius omnium appellationum, & reclamationũ in terris ſanctæ Romanæ Eccleſię tum mediatè, cùm immediatè ſubiectis interpoſitarum. Et ad proceſſum
2 in his appellationum cauſis ueniens dico, quòd reproducta pro parte appellantis citatione ui ſuæ appellationis obtenta (quam vti omnibus ferè tribunalis ſui bis notiſsimam omiſi) contra appellatum legitimè exequuta citatur appellatus, uel eius procurator, ſi comparuerit alter eorum; per curſorem; ſecus, obtēto decrero proceſſus per contradictas, per contradictarum audientiam ad dicendum contra literas citatoriales, & inhibitoriales, ac inſtrumentũ illarum exequutionis in partibus factæ, iuraque producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non ad iuſtificandum, & impugnandum ad primam
3 diem. Qui termini legitimè ſeruari, appellationis inſtrumento Auditori Cameræ, iudici ad quem in tempore exhibito, in iudicio gra
4 uaminis ad euitandamq; cauſæ deſertionem ſatis ſunt. Si uerò ad cauſæ expeditionem uel appellans, uel appellatus procedere vult, exhibet proceſſum de partibus, & terminos ſubſtantiales ſeruat, vt in priori inſtantia ſiue beneficialis, ſiue prophana ſit cauſa. Aſſerunt aliqui hos terminos non eſſe ſeruandos ut in prima inſtantia, ſed excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad octauã
5 reliquos omnes ad primam diem ſeruari. Quomodocunque ſit termini ipſi alterutro ex præſcriptis modis ſeruati ſanantur poſtea
6 dum in citatione ad ſententiam citatur pars ad uidendum reiterari omnes, & ſingulos terminos ſubſtantiales, malè forſan, nulliter, & conculcate ſeruatos in uim facultatum Auditoris Cameræ, deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui infraſcriptum inſtantem ad effectũ &c. nec non concludendũ, cõcludiq; uidendũ, & audiendũ ſententiam diffinitiuam. Et iudex poſtremo per diffinitiuam ſententiã
7 pronunciat tantum benè, uel malè appellatum &c. Quia cum appellationis ſit iudex nouum ius neutri partium canonizare nequit,
8 ſed tantum ut ſupra declarare: niſi forte commiſsionis uigore illi

cauſa

9 cauſa appellationis una cum toto principali negotio commiſſa fue
10 rit. Aduerte in hac materia, quòd extra curiam termini non ita exactè ſeruantur, ut in curia, & ſententia de partibus extra curiam lata nulla dici non poteſt, eo quòd non conſtet terminos ſubſtan-
11 tiales fuiſſe ſeruatos. Licet regulariter appellans de grauamine docere, & conſequenter proceſſum de partibus producere teneatur; tamen ſi cauſa appellationis ex ſupra, & infra dicendis eſt legitimè deuoluta, appellatus expeditionem cauſæ in principali negocio deſiderans proceſſum integrum de partibus producere obligatur. Idem de appellante cauſæ expeditionem petente dicimus. Quan-
12 do autem appellationis cauſa nõ dicatur legitimè ad curiam, quę unicuique proprius eſt forus, deuoluta; ut puta defectu mandati procuratoris appellantis, de quo omnino conſtare debet; ſeu defectu citationis non legitimæ in partibus exequutæ, uide formularium aduocatorum, & procuratorum Romanæ curiæ de deuolutione cauſarum ad Romanam curiam titulo primo, & ſequenti. Et pariter quando appellationis cauſa ſit deſerta, & an rei iudicata exequutio coram iudice à quo, uel iudice ad quem ſit petenda, uide Rub. de Marant. de ord. iudic. ſexta par. nume. 400. & ſeq. Cæterum, quæ ſit appellatio, quomodo interponatur, quare reuerentiales, quare teſtimoniales, & quare refutatorij Apoſtoli dicantur, quando detur terminus iuris; quæ ſit differentia inter terminum iuris ſimpliciter datum, & cum conditione interim quandocunque, quando habeat appellans annum ad committendum, & biennium ad proſequendum cauſam, quid intra annum appellans facere teneatur, vt biennium ad proſequendum habeat, de prorogatione primo ad annum, & poſtea ad ſex menſes commiſsione pręcedente, & quando prorogationis terminus currere incipiat vide Veſtr. in eius tract. Cùm enim ille de his omnibus ex profeſſo, & copioſe tractauerit, ſuper illis laborare nolui.

De exequutione rei iudicatæ. Cap. XX.

1 *Fatalia unde dicantur, & quare.*

2 *Si Auditor Cameræ pronunciat ut iudex ordinarius, qui termini ſeruentur.*

3 *Si pronunciat tanquàm iudex delegatus, opus eſt commiſsione.*

Commiſ-

4 *Commiſsionis huiuſmodi formula.*
5 *Termini poſt commiſsionem ſeruandi.*
6 *Sufficit commiſsionem eße præſentatam infra decendium in banco curſorum, & quare.*
7 *Secus in proſequutione cauſæ appellationis.*
8 *Si aliquis actus fit ultra commiſsionem in primo anno datur ſecundus.*
9 *Patientia partis operatur ut ualeat examen teſtium.*
10 *Examinatis teſtibus obtinetur reſtitutoria aduerſus rem iudicatam.*

LAPSO termino decem dierum ad appellandum, & parte non appellante, ſeu intra tempus à iure ſtatutum cauſam non committente appellationis, uel aliàs illam pro
1 ſequi negligente, poſt lapſum fatalium (quæ dicuntur à fato, ideſt morte, ſicut enim mors hominem, ſic fatalium lapſus appellationem extinguit) ſi ad rei iudicatæ exequutionem procedere uis, diſtingue: aut Auditor Cameræ pronunciauit ut iudex or
2 dinarius, aut ut delegatus: Primo caſu quatuor terminis gradatim, uno ſcilicet poſt alium ſeruatis, ad docendum de prætenſa appellatione, illiusq; legitima proſequutione primò, pro prima, ſecundò pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, ac ſuperabundanti dilatione citatur pars ad uidendum taxari; & moderari expenſas in cauſa factas, illaſq; taxatas, & moderatas ſoluendum; aliàs uidendum tam pro illis, quàm contentis in ſententia relaxari mandatum exequutiuum in ſententia decretum. Et ſic præuia expenſarum taxatione, & liquidatione iudicis; ſi tamen ab exceſsiuę illarum taxatione appellatum non fuerit; relaxatur mandatum pro ſumma, ſeu re in qua aduerſarius fuit condemnatus, & expen-
3 ſis. Secundo autem caſu pars, quæ exequutionem rei iudicatæ po-
4 ſtulat, adit ſignaturã, & cõmiſsionem exequutorialem obtinet, per quam Auditori Cameræ committitur, ut præfixo aduerſario aliquo breui, & peremptorio termino loco quatuor terminorum de ſtylo curiæ ſeruari ſolitorum ad docendum de prętenſa appellatione, illiusq; legitima proſequutione; quo elapſo, & nihil, quod releuet, docto omnes expenſas in cauſa factas taxet, & moderetur, & tam pro illis, quàm aliis omnibus in ſententia contentis mandatũ
5 exequutiuum decernat, relaxet & exequatur &c. Qua cõmiſsione præſentata partem citari curat ad dicendum contra commiſsionem in actis præſentatam, & uidendum præfigi terminum iuxta il

lius

lius formam. In cuius præfixione iudex interloquitur ad ſecundam cum intimatione. Hac intimatione exequuta, & termino prædicto ad ſecundam diem lapſo, citatur pars modo, quem in proceſſu primi caſus poſuimus. Sub ſilentio præterire nolui; quòd ſi appellationis commiſsio expedita ſit, licet non fuerit intra terminum à iudice à quo ad appellationem inchoandam conceſſum præſentata, ſi probetur ante eundem terminum lapſum in banco curſorum fuiſſe cauſam ſufficienter commiſſam dicimus: commiſsio enim iam erat impetrata, & terminus à iudice non ad proſequutionem finiendam, ſed inchoandam ſolummodo datus fuit. Fallit hoc in appellationis intra annum proſequutione: etenim tempus hoc non ſolùm ad inchoandum, uerum etiam ad finiendum appellationis proſequutionem datur: & idcirco commiſsionis impetratio in fine anni facta nihil prodeſt; & anno reuoluto cauſa deſerta remanet. Secus ſi intra annum commiſsio non ſolùm impetretur, ſed præſentetur, & aliquis prætcrea actus fiat: quia tunc ſecundum concederetur fatale. Notandum eſt, quòd ſi pars, aduerſus quam rei iudicatæ exequutio petitur, uellet poſt rem iudicatam teſtes examinare, debet exequutionem eiuſmodi poſtulans de re iudicata opponere, & proteſtari, quòd illas ſtante aduerſarius nullo modo audiatur, niſi parito iudicato; & hanc ſimilem proteſtationem in quolibet actu repetere, & ſi iudex ſecus faceret, debet appellare; quia partis permittentis teſtes examinari poſt rem iudicatam patientia rei iudicatæ nocet; & teſtibus examinatis ſi pars alia ſignaturam adit aduerſus rem iudicatam conſtito de bono iure reſtitui obtinet. Reliqua de fatalium prorogatione uide apud Veſtr. libro ſui tractatus ſexto.

De cauſis criminalibus. Cap. XXI.

1 *Contra quas perſonas, & ſuper quare A. C. criminaliter procedat.*
2 *Quomodo procedat.*
3 *Non procedit contra Cardinales, & Epiſcopos abſque Pontificis mandato.*
4 *Citat quoſcunque, ubiuis degentes pro delictis in Bulla cœnæ Domini expreſsis, exceptis Epiſcopis, contra quos non agit niſi facto verbo cum Papa.*

Q Moni-

5 *Monitorium ad perſonaliter comparēdum dat ſi probatio eſt in promptu.*
6 *Cum probationes non ſunt in promptu, quid faciat.*
7 *Quid agat delegatus iudex vigore literarum Auditoris Cameræ pro capiendis iudicijs illi directarum.*
8 *Factis probationibus A. C. monitorium perſonale decernit.*
9 *Quomodo poſt monitorium exequutum procedatur.*
10 *Citatur procurator Fiſcalis in omnibus actibus, & virium copia ad eum mittitur.*
11 *Quæ merces ſubſtituto Fiſcali examini interuenienti ſoluatur.*
12 *Sententia, quæ ad rei fauorem fertur.*
13 *Inſtigator apertus poteſt condemnari in expenſis, & agi contra eum iniuriarum actione.*
14 *Fiſcus in expenſis non condemnatur.*
15 *Contra citatum non comparentem quo pacto proceditur.*
16 *Criminales cauſæ litis conteſtationem, aut aliquam aliam diligentiam ut ciuiles non exigunt.*
17 *Quæ citationes contra reum monitum non comparentem fiunt.*

1 CRIMINALES cauſas Auditor Cameræ contra quaſcunque perſonas quantumuis priuilegiatas pro quibuſcunque, & quantumcunque enormibus criminibus, & delictis, tam in Vrbe, quàm extra eam tanquàm competens iudex, nullo habito aliorum iudicum, & tribunalium Vrbis, inter quos locum habet præuentio, reſpectu audit,
2 cognoſcit, & decidit; & procedit ad procuratoris Fiſcalis denunciationem, uel partis querelam, uel ex officio uia inquiſitionis.
3 Excipiuntur ex perſonis prædictis Cardinales, & Epiſcopi contra quos ob dignitatis reuerentiam de ordine fe. re. Pij Papæ Quinti, ac etiam ex tenore facultatum Auditoris Cameræ non procedit
4 niſi præuia commiſsione manu Sanctiſsimi ſignata. Præterea pro quibuſcunque delictis, & caſibus in bulla in die cœnæ Domini quotannis legi conſueta comprehenſis citat, & uocat ad Vrbem à quibuſcunque mundi partibus omnes delinquentes, laicos, & eccleſiaſticos, ac etiam Epiſcopos, facto tamen quoad Epiſcopos ip-
5 ſos uerbo cum Sanctiſsimo. Si probationes fuerint promptæ, dat monitorium ad partes de perſonaliter in curia coram eo, & non per procuratorem ſeu excuſatorem aliquem infra terminum aliquem iuxta loci diſtantiam comparendo; cuius exemplum uide

infra

6 infra in poſtremo libro. Si probationes non ſunt promptę habito aliquo deiecti fumo literas pro habendis indiciis decernit, in quibus delegat aliquem in partibus iudicem in eccleſiaſtica dignitate conſtitutum ad recipiendas probationes neceſſarias ſuper delicto, de quo reus imputatur. Harum formulam eodem in libro
7 inuenies. Literarum eiuſmodi uigore delegatus iudex teſtium depoſitiones ſecretè recipit,& ſcripturas extrahit, & perfecto proceſſu informatiuo illum occluſum,& obſignatum ad Auditorem Ca-
8 meræ mittit: qui probationibus uiſis monitorium ſub grauiſsimis
9 pœnis,atque cenſuris ad perſonaliter comparendum relaxat: Quo exequuto tenetur reus per ſe ipſum comparere, & ſe examini ſubiicere; quem iudex, ſi ex illius depoſitione culpabilem, ſeu ſatis indiciatum inuenit, ad ſecretas carceres duci mandat:& ibi plu- ries repetito examine, conceſsis indiciorum copiis cum debitis ad ſuas defenſiones faciendas dilationibus ad cauſæ expeditionem deuenit, condemnando,uel abſoluendo. Si reus inquiſitus,& proceſſatus in ſuis nihil fatetur depoſitionibus & teſtes pro curiæ informatione examinati repetendi ueniunt, recepta ab illo cautione de ſe repræſentando ſingulis quibuſq; diebus coram iudice, ſeu notario ſub pœna confeſſatorum criminum, de quibus imputatur,
10 ac pecuniaria,uel aliàs arbitrio iudicis ſolet relaxari. Cum autem ad cauſæ expeditionem erit deueniendum, procurator Fiſcalis citabitur ad omnes actus requiſitus, & ad eum omniũ iurium pro-
11 ducendorum copia mittetur. Et ſi reus teſtes aliquos examinare uoluerit, ſubſtitutus Fiſcalis aliquis examini interueniet, cui pro
12 mercede cuiuſlibet teſtis ſcutum unum ſolui conſueuit. His teſtibus examinatis,ac iuribus ſuis productis,& demum citato fiſco ad ſententiam modo, quem in ciuilibus cauſis diximus, reus abſolutoriam ſententiam obtinebit; in qua iudex pronunciabit ipſum non repertum culpabilem, nec de iure punibilem, & ab omnibus imputationibus abſoluendum, ac curiæ, Fiſco, & inſtigatori (ſi
13 erit) ſuper illis perpetuum ſilentium imponendum. Si adeſt apertus inſtigator poteſt condemnari in expenſis, damnis, & inte-
14 reſſe,& contra ipſum iniuriarum actione agi:ſi uerò non adeſt Fi-
15 ſcus non condemnatur in expenſis. Si reus perſonaliter citatus non comparet,contra eum ad contumaciales pęnas nullis aliis factis probationibus,& ad eccleſiaſticas cenſuras nulla facta diligen
16 tia de exequendo perſonaliter, uel realiter proceditur. In cauſis

enim criminalibus nõ requiritur aliqua diligentia, ut in ciuilibus,
neque aliqua litis conteſtatio; ſed tantum reproducto monitorio
in partibus legitimè exequuto, lapſo termino ſibi ad comparen-
17 dum aſsignato citatur reus per contradictas, ſiue edictum ad di-
cendum contra literas monitoriales, & citatorias ad partes decre-
tas, exequutas, & reproductas, iuraq; producta, & repetita, uiden-
dum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit,
nec non docendum ſe dictis literis paruiſſe primo pro prima dila-
tione. Et ſubinde præmiſsis aliis tribus citationibus, ſecundo ſci-
licet pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & poſt
hæc citatione ad concludendum, concludiq; uidendum, & audien-
dum ſententiam declaratoriam; profert declaratoriam ſenten-
tiam.

SALLVSTII TIBERII A' CORNETO DE MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS, *quæ coram Auditore Cameræ aguntur,*

LIBER TERTIVS.

De modo procedendi ui literarum reſeruationis penſionis contra illum, qui conſenſit. Cap. I.

1 *Modus antiquus procedẽdi uigore literarum aduerſus eum, qui conſenſit.*
2 *Debet neceßario monitio contra titularium præcedere, & quare.*
3 *Monitorio hoc exequuto, & reproducto decretum per contradictas obtinetur, ſecus per curſorem.*
4 *Neceſſaria eſt literarum productio, uel illarum repetitio ſi extent in actis.*
5 *Verificandus præterea eſt clericatus, etiam ſi Papa penſionarium clericum in literis nominet.*
6 *Inſuper conditiones, ſi quæ ſint in literis, uerificandæ ſunt, & quomodo.*
7 *Duas conditionales clauſulas paſſim ferè habent literæ reſeruationis penſionis.*
8 *Vtrum valor fructuũ beneficij in hoc exequutiuo iudicio probari debeat.*
9 *Ex tenore duarum clauſularum prædictarum onus probandi fructuum ualorem agenti ad penſionem incumbit, & qualis debeat eſſe hac probatio.*

Inter-

10 *Interdum Auditor Cameræ proceſſit non uerificato valore, ſed Rota contrarium tenuit.*
11 *Debet omnino fructuum ualor uerificari, & quare.*
12 *Aliqua in cedula ſententiæ euitanda, ne cauſam ordinariam reddant.*
13 *Exemplum ſententiæ, quæ pro penſionis ſolutione uirtute literarū fertur.*
14 *Si ſolutio penſionis non eſt deſtinata in curia, & Auditor Cameræ non eſt iudex in literis ſpecialiter deputatus, commiſsione opus eſt, & quo modo ſententia declaratoria tunc formetur.*

1 IN materia exactionis penſionis plures, & diuerſi occurrunt proceſſus, quos ſigillatim pro faciliori intellectu referēdos putaui. Proceſſus vigore literarum Apoſtolicarum ad inſtantiam penſionarij, qui non eſt in poſſeſsione exigendi, contra illum met, qui penſionis aſsignationi conſenſit antiquitus modo hoc formabatur. Exhibitis in actis literis Apoſtolicis cum conſenſu à tergo per titularium præſtito hæ tantum contra abſentem, non perſonaliter in principio cauſæ monitum, ſed tantum per contradictas, ſeu edictum publicum citatū citationes fiebant ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis reſeruationis penſionis, de qua in actis, primò pro prima dilatione, & deinde aliæ citationes ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, ac quarto pro quarta dilatione: & demum ad concludendum, & audiendum ſententiam declaratoriam. In qua per iudicem declarabatur reum conuentum cenſuras, & pœnas in literis Apoſtolicis contentas, ob illarum non paritionem, & terminorum penſionis decurſorum, & non ſolutorum ſolutionem incidiſſe. Poſt hanc latam ſententiam inſtrumentum declaratoriæ concedebatur, cuius uigore ceduloni per Vrbem affigebantur, illud autem in partibus debitori intimandum, & in parrochiali eccleſia, ſub qua degebat, publicandum mittebatur. Declaratoria eiuſmodi per curſores in acie cāpi Floræ publicata, & poſt publicationem decem dierum lapſu expectato, publicationeque ipſa reproducta ad aggrauatoriam deueniebatur, & illius cedulono publicato, & alijs decē diebus ſubinde expectatis interdictum relaxabatur. Et hæc indifferenter obſeruabantur, tam ubi agebatur de penſionibus in curia quàm aliàs ubi-
2 uis gentium ſoluendis. Verum quia experientia compertum

eſt;

eſt; quod his cenſuris beneficiati in pluribus indebitè grauabantur:iuris enim eſſe non uidetur ad fulminationem cenſurarũ nulla præuia iudicis monitione procedi:nam poſſet forſan titularius, ſi moneretur,rationabiles cauſas, quare ad fulminationem huiuſmodi deueniri requiret, deducere:maturius in tribunali conſulto ſtatutum,& ob uſu receptum eſt; quòd ſemper ſuper penſionum eiuſmodi ſolutione monitorium,quod infra in quarto libro uide
3 re poteris,præcedat.Quo ad partes miſſo,& perſonaliter exequuto,ac in actis unà cum illius exequutione à tergo annotata reproducto;dies prima iuridica poſt aſsignatum reo ad comparendum 2
terminum expectatur:in qua per contradictas,ſi pars non comparuerit; ſi verò comparuerit,per quemcunque curſorem proceſſus
4 decernitur.Deinde productis literis Apoſtolicis aſsignationis pẽ-
5 ſionis,ſeu repetitis,ſi in actis ſunt,ac uerificato clericatu;cuius ue- 1
rificatio eſt neceſſaria, etiam ſi Papa in literis penſionarium cleri-
6 cum nominet, uidendum eſt in literis an aliqua ſint uerificanda ſub conditione poſita;& illis uerificatis, ſeruatisque quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe primo,ſecundo,tertio,& quarto legitimè,ac ſucceſsiuè uno poſt alium, ac ultimo citato reo ad concludendum,concludique uidendum,& audiendum ſententiam declaratoriam,iudex ſententiam eiuſmodi ſubſcribit, & notario tra-
7 dit.Et quoniam ſuperius diximus quòd conditiones,ſi quę ſint in literis,verificandæ ſunt, notandum eſt, quòd duæ clauſulæ paſsim ſub conditione in literis ſolent apponi,una ſcilicet. Tibi penſionẽ annuam ſuper fructibus &c. quorum medietatem ipſa penſio, ut aſſeris,non excedit.Alia uerò hæc eſt.Dummodo penſio huiuſmodi,& aliæ forſan aſsignatæ penſiones medietatem eiuſmodi beneficij fructuum non excedant. Omitto alias conditiones, quæ iuxta
8 rerum contingentias in literis ponuntur.Super his duabus clauſulis,& conditionibus purificandis fuit ſæpius oppoſitum, & dubitatum an ualet fructuum in hoc exequutiuo iudicio ſit neceſſario uerificandus Et ex conſilio DD.Abbreuiatorum de maiori Parco reſolutum eſt,& obſeruatum ; quòd quando literæ habent ſecun-
9 dam clauſulam. Dummodo &c.agenti ad penſionem fructus annis ſingulis duplum reſeruatæ penſionis,detractis etiam omnibus pro eccleſiæ ſeruitio neceſſariis excedere, etiam titulario non opponente neceſſario uerificandi onus incumbit.Quando autem literæ primam conditionem,ut aſſeris &c.habent;ſi de fructuum va

lore

lere à titulario opponatur, probandi valorem in literis expreſſum
10 pariter ad agentem ſpectat. Et licet multoties uiderim Auditorẽ Cameræ, & qui illius pro tẽpore fuerunt locatenentes ualore eiuſmodi non uerificato ad literarum exequutionem proceſsiſſe: tamen, ut audiui, Rota contrarium tenuit, & decisit; quòd ſi agitur ad penſionis ſolutionem iudicio exequutiuo, tenetur actor omnia in literis narrata uerificare parte opponente, parte uerò non opponente ea ſolùm uerificare debet, quorum falſitas gratiam uitiat, uel quorum expreſsio facilius Papam ad concedendum mouet.
11 Deciſum præterea eſt in ſacro Rotæ Auditorio de menſe Aprilis 1572. in una Salamantina penſionis, pro D. Alphonſo de Ghilea, contra D. Franciſcom de Grillor coram R. P. D. S. Lancellotto; quod ualor fructuum ad partis aſſertionem; ut ſuperius in prima
12 clauſula habetur; expreſſorum debet omnino uerificari. Antequã ad ſententiam declaratoriam deueniatur aliqua procurator in ſententiæ cedula ponere caueat. Primo ne iudex in ſententia reum cõuentum ad penſionis ſolutionem teneri declaret: quia eo caſu iudex non ut merus exequutor, ſed mixtim, & ordinariè procederet, & ab hac ſententia appellatio reciperetur, cauſa deuolueretur, & exequutio ſuſpenderetur. Præterea ne reum in cenſuras, & pœnas in literis Apoſtolicis, & monitorialibus contentas incurriſſe declaret: in monitorio enim aliæ pœnæ pecuniariæ: & temporales præter expreſſas in Apoſtolicis literis continentur; & ideo iudex eſſet mixtas, & appellationem ſuſpenſiuam, & deuolutiuam titulario negare non poſſet. Et bo. me. Vincentius Fuſcherius olim Auditoris Cameræ locumtenens, differentia ſuper hoc orta, & partibus bene informantibus appellationem cum deuolutiuam, tum ſuſpẽſiuam ſupra relata ratione conceſsit. Ad differentias igitur, & dubia euitandum hæc forma conſultò tradita, & uſu recepta fuit.
13 Per hanc noſtram declaratoriam ſententiam, quam de iuris peritorum conſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis uertentibus coram nobis inter D. A. clericum N. principalem agentem ex una, & D. B. Modernum Rectorem, & poſſeſſorem beneficij N. reum cõuentum, ſuper annua penſione ducatorum &c. dicto A. ſuper fructibus &c. dicti beneficij Apoſtolica auctoritate reſeruata, illiuſque terminorum decurſorum nõ ſolutione, rebusque aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis partibus ex altera.

Dicimus

Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus eundem B. modernum poſſeſſorem dicti beneficij ſententias cenſuras, & pœnas in literis apoſtolicis reſeruationis penſionis prædictæ, de quibus in actis, contentas, ob illarum non paritionem, ac eiuſdem penſionis, illiusq; terminorum decurſorum, & debitorum non ſolutionem damnabiliter incidiſſe, & incurriſſe: ipſumq; ut talem excommunicatum, & declaratum ab omnibus Christi fidelibus arctius euitandum, literasq; declaratorias, & inſtrumentũ deſuper opportunum concedendum, & relaxandas eſſe, prout hac noſtra declaratoria ſententia declaramus, decernimus, concedimus, & relaxamus; ac eundem B. in expenſis coram nobis legitimè factis condemnamus, quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus omni meliori modo &c. Et hæc omnia hoc in capite expreſſa intelliguntur procedere quando penſionis ſolutio in Romana curia deſtinata, & Auditor Cameræ in literis eſt exequutor ſpecialiter deputatus. Nam ſi penſio Romæ non debetur, & Auditor non eſt ſpecialiter deputatus nequit ad cauſæ cognitionem, & expeditionem procedere; negante id Pio Quinto in tribunalis Auditoris Cameræ reformatione uerſiculo literas apoſtolicas, & ſequenti; niſi aut in monitorio decernendo, aut poſt decretum illud, & exequutum commiſsio ſaltem à ſignatura iuſtitiæ obtineatur, in qua facultas procedendi; & decidendi cum ſpeciali prædictæ reformationis derogatione, quæ paſsim ab expertis Referendarijs concedi ſolet, obtineatur. Et in caſum huiuſmodi formatur declaratoria ſententia, in qua iudex decernit, & concedit declaratorias literas publicandas poſt quindecim dies, computandos à die, quo inſtrumentum declaratoriæ deſuper conficiendum eidem B. intimatum fuerit, niſi infra quindecim dierum prædictorum terminum ſoluerit &c.

(14 in margin beside "ſeruamus omni meliori modo")

De modo procedendi ad penſionis conſequutionem contra ſucceſſorem in beneficio uigore literarum. Cap. II.

1 *Monitorium idem præmittitur contra primum beneficiatum, & illi us ſucceſſorem.*

2 *Quæ debent prob.ri in hoc iudicio.*

R Non

4 *Non ſufficit literas in monitorio inſerere.*
5 *Ad hoc ut hæc in tertio ſufficiat eſt neceſſaria commiſſio.*
6 *Aliquando monitoria cum literarum inſertione abſque commiſſione conceduntur.*
7 *Inſertis regulariter non creditur, niſi originaliter exhibeantur.*
8 *Conſuetudo concedendi monitoria cum inſertione literarum abſque commiſſione quomodo ſaluetur.*
9 *Commiſſionis huiuſmodi formula.*
10 *Signatura iuſtitiæ commiſſiones reformationis Pij Quinti derogatorias concedere ſolet, & quando.*
11 *Non conceditur declaratoria, niſi legitimè intimatis literis, & quare.*
12 *Non intimatis literis Auditor Cameræ non immediatè ad declaratoriã, ſed ad diffinitiuam ſententiam procedit. verum, ſi ſuperuenit commiſſio pro illius exequutione, declaratoriam relaxat.*
13 *Idem met proceſſus ſuprascriptus ſeruatur in exequutione literarum reſeruationis fructuum loco penſionis.*

1 AD inſtantiam penſionarij, qui non ſit in aliqua poſſeſſione exigendi, aut illam probare non poſſit, contra ſucceſſorem in beneficio ſi procedẽdum erit; monitorium, de quo ſupra memini, in quarto libro deſcriptũ
2 præmittes, & omnia plenè uerificabis. Hæc ſcilicet, clericatum, fructuum ualorem, reum conuentum eſſe poſſeſſorem beneficij, ſuper cuius fructibus eſt conſtituta penſio, & ſucceſſorem in eo ex perſona illius, qui conſenſit, & quòd ille primus, qui conſenſit, poſ-
3 ſederit beneficium. Præterea eidem ſucceſſori originales literæ re-
4 ſeruationis penſionis intimari debent. Nec ſufficit illas in monitorio inſerere, & inſertas intimare, quia debent originaliter, aut illarum ſumptum ex regiſtro bullarum, aut ex Camera apoſtolica
5 legitimè intimari. Si uolueris autem inſertionem ualere, commiſſionem, quæ abſque difficultate conceditur, à ſignatura iuſtitię obtine; in qua committatur Auditori Cameræ, ut literas in monitorio inſertas, ne originale earum obuiarum diſcrimen deperdatur, intimari faciat, & intimationem in hunc modum factam ac ſi literæ ipſæ originales intimarentur ualere decernat. Cuius commiſſionis ui monitorium cum literarum inſertione decernitur, & illius intimatio literarum originalium intimatione æquiparatur.
6 Verùm ſi notarius parti hoc petenti ſatisfaciendo monitorium cũ

litera-

literarum inſertione commiſsione non impetrata conceſſerit; licet inſertis regulariter non credatur, niſi originaliter exhibeatur,
7 ſi iudex & notarius originales literas uidiſſe fatentur parte non opponente inſerto exemplo fides adhibetur, parte uerò opponente ut monitorium ſalues originales literas ſtatim exhibe. Idem dico de literis reſeruationis fructuum loco penſionis, & etiam in forma Breuis de capiendo poſſeſsionem; quod breue & illius exequutio ſub hac difficultate non comprehenduntur, cum ex ipſo breui cauſa committatur & iudici iuriſdictio tribuatur: & in his, quæ iuriſdictionem tribuunt, ſufficit literas originales iudici exhiberi, ut ipſe de ſua iuriſdictione certior reddatur, de qua partem certificare non tenetur, niſi per copiam inſertam in monitorio, ſeu citatione decernenda. Vt tutius tamen agas pro obtinenda exequutione dictarum literarum reſeruationis penſionis, & ſimilium; commiſsionem, cuius modò meminimus, impetrabis: illius hoc eſt exemplar. Beatiſsime pater, cum de uoto S.V. oratori A. clerico N. annua penſio 100. ducatorum Auri Cameræ ſuper parrochialis eccleſiæ N. Toletanæ diœceſis, quam quondam N. dum uiueret obtinebat, ipſius N. illius rectoris cõſenſu apoſtolica auctoritate fructibus, redditibus, & prouentibus, in Romana curia perſoluenda reſeruata, conſtituta, & aſsignata fuerit, ut in literis Apoſtolicis debitè ſub plumbo expeditis plenius continetur; quas hic S.V. pro expreſsis, & inſertis habere placeat. Et cum orator in Romana curia reſideat, & illius curialis antiquus exiſtat, literasq; dictę reſeruationis penſionis expediri, illasq; coram Auditore cameræ præſentari fecerit; dictusq; N. à nonnullis menſibus citra deceſſerit, & cupiat orator ipſe pro ſuæ conſequutione penſionis, tam moderno dictæ parrochialis rectori, quàm aliis illius pro tempore exiſtentibus rectoribus, & poſſeſſoribus, & aliis quibus de iure intimari debet, literas apoſtolicas prædictas intimari facere: & timeat ne illę, ſi intimãdæ originaliter ad partes trãſmittãtur, ob uiarũ diſcrimina deperdãtur. Supplicat ideò S.V. quatenus dignetur eidẽ Auditori Cameræ, qui apoſtolicarũ literarũ generalis eſt exequutor, & coram quo originales literæ antedictę, ut pręfertur productę extiterunt, uel eius in ciuiſibus locum tenentis committere, & mandare, ut literas prædictas, earum tenore in monitorio decernendo inſerto omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac aliis in exequutione nominandis, & cognominandis intimet, & intimari mandet; quæ in-

 timatio

timatio perinde ualeat ac ſi originales ipſæ literæ intimarentur; monitoriumq; deſuper ſuo ſententiis cenſuris, & pœnis in dictis literis reſeruationis penſionis huiuſmodi contentis, ac aliis arbitrio ſuo, etiam in ſimilibus monitoriis iuxta ſuæ curiæ ſtylum apponi ſolitis, tam contra modernum dictæ parrochialis rectorem, & poſſeſſorem, quàm alios in eadem parrochiali pro tempore exiſtentes rectores, & poſſeſſores, omnesq; alios, & ſingulos ſua communiter, uel diuiſim intereſſe putantes, ac in decreto, ſeu exequutione monitorij præſentium uigore ad partes decernendi exprimendos, & nominandos, tam pro omnibus, & ſingulis terminis, & ſolutionibus penſionis eiuſmodi debitis, & decurſis, quàm in futurũ decurrendis, & debendis toties quoties opus fuerit decernat, & concedat, & in euentum non paritionis ſeruatis quatuor terminis, in ſimilibus ſeruari ſolitis ſententias cenſuras, & pœnas prædictas inobedientes, & rebelles incidiſſe, & incurriſſe declaret, aggrauet, reaggrauet, bracchium ſeculare inuocet, omniaq; alia, & ſingula in his neceſſaria, & opportuna faciat, & exequatur. Cum poteſtate prædictos, omnesq; alios ſupraſcriptis generalibus clauſulis comprehenſos in Romana curia, & extra eam etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, citandi, & monendi, ſibiq;, ac præfatis, & quibuſcunque dd. iudicibus ſub ſententijs cenſuris, & pœnis, etiam pecuniariis arbitrio ſuo imponendis, moderandis, & applicandis; etiam per ſimile edictum inhibendi; & in euentum non paritionis ſententias cenſuras, & pœnas prædictas rebelles, & inobedientes incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxilium bracchij ſecularis inuocandi, cęteraq; in pręmiſsis neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi. Præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtylo curiæ, cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Statum, & merita cauſæ, & cauſarum huiuſmodi, nomina, & cognomina collitigantium, aliorumve hic forſan de neceſsitate exprimẽ

10 dorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſsis habentes. Non obſtat in hoc iudicio reformatio Pij Quinti tribunalis Auditoris Cameræ, diſponens, quòd Auditor Camerę literas apoſtolicas, quibus certus iudex deputatus ſit, non exequuatur, & ab his literas pẽſionum, quarum ſolutio eſt deſtinata in curia, excipiat: nam etiam in his, in quibus ſolutio in loco beneficij eſt deſtinata, ſignatura iu

ſtitię paſsim commiſsiones cum dictę reformationis derogatione concedit, & Auditor Cameræ ui commiſsionum eiuſmodi proce-
11 dit, ut iam dixi. Nota tamen quòd ad hoc, ut ad declaratoriam ſtatim, & immediatè procedi poſsit; opus eſt literas apoſtolicas aduerſario eſſe legitimè intimatas: quia tunc reo non comparente, nec ſatisfacere curante ob illius moram, & contumaciam contra ipſum præuia iudicis monitione ritè conceduntur cenſuræ. Alioqui cenſurarum uinculo, ob grauitatem & præiudicium illarum animam ligantium, aduerſarius iniuſtæ innodaretur; cùm requiratur literarum certa, & indubitata noticia, ſine qua excommunicatio
12 non infligitur. Verùm ſi ad literarum reo non intimatarum, ſed in iudicio tantùm exhibitarum exequutionem agitur, ad cẽſurarum declarationem non immediatè procedatur, ſed fertur duntaxat ſententia monitorij reintegratoria; ſi tamen illud negatum fuerit; cum decreto mandati, & in iuris ſubſidium excommunicationis. Et poſtea præuia commiſsione; quæ paſsim ob apoſtolicarũ literarum reuerentiam à ſegnatura conceditur; per quam committitur Auditori Cameræ, ut ad exequutionem ſententiæ procedat, ſeruatis terminis, in negocio exequutiuo pro excommunicatione poſt mandatum exequutiuum relaxatum obtinenda ſeruari con-
13 ſuetis ad relaxationem declaratoriæ deuenitur. Omnia hæc quæ ſupra diximus in proceſſu literarum reſeruationis fructuum loco penſionis exequutioni pari modo, & ordine ſeruantur.

De proceſſu ad penſionis aſſequutionem ui poſſeſſionis exigendi. Cap. III.

1 *Exiſtens in quaſi poßeßione exigendi penſionem, etiam non expeditis literis agere poteſt.*
2 *Et tam contra conſentientem, quàm contra ſucceſſorem.*
3 *Quid monitorium in hoc iudicio præcedat.*
4 *Hoc monitorium perſonaliter ſucceßori intimatur.*
5 *Etiam non negato monitorio ſupplicatio originalis, ſiue illius ſumptum per agentem eſt exhibendum.*
6 *Quæ ſint probanda in hoc iudicio.*

In

7 *In iudicio manutentionis eiuſmodi principaliter intentato, & in quo eſt diffinitiuè pronunciandum ſeruantur quatuor termini ſubſtantiales, & qui.*

8 *Secus ſi manutentio incidenter intentetur.*

9 *Sententiæ, quę in hoc iudicio fertur, formula.*

10 *Poſt hanc ſententiam mandatum incontinenti abſque alia citatione relaxatur.*

11 *Si penſionarius de clericatu docere nequit, ſpolio agere poteſt.*

12 *Succeſſor penſionem ſoluere nolens penſionarium ſpoliare dicitur.*

13 *Quare non ſit neceſſaria in iudicio ſpolij clericatus probatio.*

14 *Secus in petitorio iudicio.*

15 *Exemplar ſententiæ in hoc iudicio ſpolij.*

16 *Quando monitorium eſt factum pro terminis decurſis, & decurrendis poteſt ui illius abſque nouo monitorio pro terminis poſt ſententiæ prolationem decurſis procedi.*

17 *Secus ſi monitorium eſt tantummodo pro terminis decurſis.*

18 *Pro conſequutione terminorum poſt ſententiam decurſorum in primi monitorij procedere uolens docto ſummariè de titularij abſentia, & pro curatoris obitu, qui priorem cauſam defendit proceſſum per contradictas obtinet.*

19 *Quid agere debeat penſionarius, qui de aliquo nouo procuratore notitiam habet.*

20 *Quid ſi mandatum in actis appareat non acceptatum.*

21 *Quando ſententia eſt lata pro terminis decurſis, qui intelligantur.*

22 *In penſione motu proprio reſeruata non eſt opus uerificatione, & quare.*

23 *Citatio abſque monitorio contra titularium perſonaliter in curia apprehenſum ſufficit cum penſio eſt motu proprio aſsignata.*

1 SI quis eſt in quaſi poſſeſsione penſionem exigendi, & literas non habet expeditas, poteſt ſupplicationis vir-
2 tute ad penſionis exactionem, & contra principalem, & qui illius reſeruationi conſenſit, & contra ſucceſſorē
3 in beneficio procedere, pręuio monitorio ad partes quod inferius
4 in poſtremo libro uidere licebit. Hoc perſonaliter debet ſucceſſorio intimari; eoque intimato, & in actis reproducto, licet monitus
5 illud non negauerit, & litem aliter non conteſtatus fuerit; tenetur actor ſupplicationem reſeruationis penſionis originalem, vel illius ſumptum pro palatij more ex regeſtro in actis exhibere, à

quæ ſi non exhiberetur Auditor Cameræ denegaret ei manuten-
tionem quia ante omnia conſtare debet de exiſtentia actus, uideli
6 cet de illius reſeruatione obligatur, præterea actor ad probandum
reum conuentum beneficium penſione grauatum poſsidere; ſeq;
in poſſeſsione penſionem exigendi per penſionum, ab ipſo reo cõ-
uento, aut aliis quibuſuis eius anteceſſoribus perceptarum, exa-
ctionem eſſe. Hæc autem poſſeſsio per teſtes, aut publicas ſcriptu-
7 ras, aut propriam partis confeſsionem probatur. Dubitauit non-
nunquam aliquis an in hoc manutentionis iudicio terminorum,
ſubſtantialium obſeruatio aliqua requiratur, & ualidis rationibus
obſeruatum eſt, quòd ſi manutentionis iudicium fuerit principa-
liter intentatum, & in eo diffinitiuè pronuncietur horum qua-
tuor ſubſtantialium terminorum obſeruatio neceſſaria ſit, ad ar-
8 ticulandũ dicendũ contra articulos, producendũ oĩa, & dicendum
contra producta. Si uerò incidẽter, dum. ſ. de cã principali agitur,
qs interim manuteneri petat: cum hoc ſummariſsimũ ſit iudiciũ
nulla in eo terminorũ obſeruatio ſubſtantialium requiritur. Exẽ-
9 plar ſñiæ, quæ in iudicio quaſi poſſeſsionis exigendi fertur. Chri-
ſti nomine inuocato. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam,
quam de iuriſperitorum conſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum
Deum præ oculis habentes ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cau-
ſis, vertentibus coram nobis inter A. principalem agentem ex una,
& B. rectorem parrochialis eccleſiæ N. ſuper annua penſione duca-
torum centum auri de camera eidem A. ſuper dictæ parrochialis ec-
cleſię fructibus &c. auctoritate Apoſtolica reſeruata, rebusq; aliis,
& c. reum cõuentum partibus ex altera. Dicimus, pronunciamus,
ſententiamus, decernimus, & declaramus dictum A. in ſua poſſeſ-
ſione, uel quaſi exigendi penſionem annuam prædictam cõtra eũ-
dem B. modernum dictæ parrochialis Eccleſiæ Rectorem, & poſſeſ-
ſorem manutenendum fore, & eſſe; prout manutenemus, ac manu-
teneri mandamus: & pro terminis eiuſdem penſionis decurſis, &
non ſolutis mandatum exequutiuum contra ipſum decernendũ
fore, & eſſe, ac relaxandum, prout mandatum ipſum de manutenẽ-
do, & exequutiuum reſpectiuè decernimus & relaxamus. Moleſta-
tiones verò, recuſationes, & impedimenta quæcunque per dictum
B. eidem A. ſuper præmiſsis præſtitas, & factas, ac præſtita, & facta,
fuiſſe, & eſſe illicitas, indebitas, & iniuſtas, illicitaque, indebita, &
iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta; illasque, & illa eidẽ

B.

B. minimè facere licuiſſe, neque de iure licere, illiq; perpetuum ſilentium in, & ſuper præmiſsis imponendum fore, & eſſe, prout imponimus: ipſumque D. B. in expenſis coram nobis legitimè factis condemnandum fore, & eſſe, prout condemnamus; quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus omni meliori modo &c.

10 Qua lata, ſubſcripta, & publicata ſentētia notarius abſq; alia citatione, aut iudicis decreto per datum de manutenendo, & exequutiuum expedit, & parti tradit cuius formulam habes inferius in quarto libro. Tutius tamē cenſeo ante mandati relaxationem cōſtitutionem Aegidianā repetere, ut fit in aliis poſſeſſoriis iudiciis ſupra relatis. Secus autem in mandato de manutenendo, quod in

11 ſummariiſsimo iudicio conceditur. Si penſionarius nequit de ſuo clericatu in promptu docere, uidetur magis expedire contra titularium poſſeſſorem remedium reintegrandæ intentare; idque contra ſucceſſorem in beneficio prædictis tamen extremis uerificatis

12 conceditur: quia ſucceſſor, penſionem ſoluere nolens penſiona-

13 rium ſpoliare dicitur. Et ſpolij iudicium probationem clericatus neceſſario non exigit: cum penſionarius, quod prius ad ſuam reſti-

14 tuatur poſſeſsionem ei obiicere poſsit. In iudicio autem petitorio

15 de clericatu, aliiſque requiſitis docebit, & ſententia formabitur A. reintegrandum fore, & eſſe ad ſuam priſtinam poſſeſsionem, uel quaſi exigendi annuam penſionem &c. & mandatum de reintegrādo, & etiam exequutiuum pro ſolutione terminorum decurſorū, & non ſolutorum decernendum fore, & eſſe &c. & deinde præmiſſis ſeruatis ad relaxationem, & expeditionem mandati proceditur.

16 Si poſt monitorium, quod pro terminis decurſis, & in futurum decurrendis factum fuit; ſemel legitimè exequutum, & reproductū ac in contradictorio iudicio latam ſententiam pro terminis poſt ſententiæ eiuſmodi probationem decurſis denuo procedere uis, abſque nouo monitorio, quo non eſt opus, uel alia verificatione contra eundem monitum ad docendum paruiſſe primo, ſecundo,

17 tertio, & quarto iuxta cauſæ naturam agas. Id tamen non euenit quando monitorium ſolùm pro terminis decurſis eſt factum, requiritur enim tunc nouum monitorium: quia lata ſententia peti-

18 tio finitur. Aduerte autem, quòd ſi pro terminis poſt latam ſentētiam in monitorij primi pro terminis decurſis, & decurrendis facti agis, & monitus non eſt in curia, neque procurator illius, qui in priori iudicio comparuit, uel procurator ille deceſsit, debet ſum-

marie,

mariè,& extraiudicialiter de principalis abſentia, & procuratoris obitu docere: hisque peractis proceſſum per contradictas obtine-
19 bis,& ad docendum &c.ut ſupra dixi procedes. Si uerò non te fugit alium prædicti moniti procuratorem in curia eſſe; licet in officio notarij,in quo cauſa pendet de eius mandato non appareat;nè calumnioſam ſentētiam obtinere videare tutius egeris ſi illum ad docendum de illius legitimo mandato, ſi quod habet,aliàs uiden-
20 dum per contradictas proceſſum decerni citabis.Si autem de mādato procuratoris in actis apparet, illud tamē ab eo non eſt acceptatum,ut ſecurius agas,mone illum ad acceptandum,uel refutādum intra triduum,eoque elapſo iterum cita eundem ad acceptandum, uel refutandum iuxta formam monitorij, aliàs videndum proceſſum per contradictas decerni: quem iudex in procuratoris contumaciam decernit.Et hæc forma de ſtylo tribunalis Auditoris Cameræ ſeruatur.Dicerem tamen quòd ſi proceſſus per contra dictas fuiſſet decretus hac citatione omiſſa,non propterea de eius nullitate dici poſſet:quia hæc monitio, quæ fit procuratoribus, ut declarent an uelint acceptare uel non,ex urbanitate potius,quàm ex neceſsitate fit,& ideo crederem ſufficere primam monitionem factam procuratori ad acceptandum, uel repudiandum abſq; alia citatione;cum procurator monitus comparere teneatur, & ſi nón comparuerit principali imputatur, cuius mala electio eſt in cul-
21 pa.Et quia oritur aliquando dubium; qui termini penſionis comprehendantur in ſententia declaratoria per iudicem lata:nā poſt factum,& intimatum monitorium pro terminis decurſis,& decurrendis,dum fit proceſſus, & uerificanda uerificantur alij penſionis termini maturantur, & cum tandem promulgatur declaratoria ſententia pro omnibus,& ſingulis terminis decurſis,& non ſolutis,omnes terminos uſque ad diem probationis ſententiæ decurſos comprehendere uidetur. Tamen uerius eſt, & ita ut magis rationum conſonum pluries reſolutum fuit, quòd termini penſionis in ſententia contenti decurſi, & non ſoluti, illi tantùm ſint, & eſſe cenſeantur, qui hactenus decurſi ſunt tempore inchoati proceſſus;videlicet citationum factarum poſt monitorium ad docendum paruiſſe,uel ad alium actum; per quos citationes agentis mētio declaratur, & illa pro certa petitio habetur, quæ ſententiam
22 certam facit.Motu proprio Papę aliquando penſio reſeruatur, & in hunc caſum nulla eſt opus iuſtificatione;nam in his Papam om-

S nia

23 nia ſcire præſumitur. Et ſi debitorem in curia perſonaliter appre-
hendis, cita eum ad dicendum contra iura producta, & repetita,
uidēdum iurare teſtes ſuper illorum recognitione; quatenus opus 1
ſit, & docendum ſe paruiſſe literis Apoſtolicis primo pro prima
dilatione. Quæ Apoſtolicæ literæ, ſi in actu reproductionis citatio
nis exhibentur, afficit hæc citatio nō ſecus ac ſi perſonaliter literæ
ipſæ originales intimarentur. Et ita obſeruari uidi bo.me.V.Fuſ-
cheriū in cauſa Tarentina penſionis pro Cardinali Columna con- 2
tra Archiepiſcopū Tarentinum. Secus aūt ſi titularius abſit ab Vr
be: qa tūc neceſſariò monitoriū requiritur, ut ſuperius innuimus.

De modo procedendi ad penſionis aſſequutionem, cum clauſula literis expeditis reſeruatæ. Cap. IIII.

SOLEBANT olim penſiones aſsignari, & exigi uigore
ſupplicationis ſolummodo, abſque literarum expedi-
tione, etiam a ſucceſſoribus in beneficio uigore quaſi
poſſeſsionis exigendi, ut ſupra latè poſuimus. Nouiſsi-
mè autem Reueren. D. Datarius, ut Cācellarię Apoſtolicę, officia-
liumve illius memor, ne illi ſuis debitis defraudētur iuribus, in ſup-
plicatione reſeruationis penſionis clauſulam hanc ponere conſue- 2
uit. Et uigore literarum deſuper expediendarum. Qua non ob-
ſtante titularij penſionis reſeruationi conſenſum præbent, & illā
iuxta ſupplicationis formam, etiam literis nōn expeditis, neque in-
timatis; quas pro expeditis, & ſibi legitimè intimatis habere uo-
lunt; ſoluere ſe obligant. Cum autem in contentioſo iudicio intēr
penſioni conſentientem, & penſionarium ad penſioſionis con-
ſequutionem agentem, reus conuentus exceptionem non expe-
ditionis literarum, illaſque omnino actorem, antequàm ei com-
petat actio expedire teneri, & aſſertam ſuam obligationem, cum à
ſupplicatione diſcordet ſecundum ipſam corrigendam eſſe oppo-
ſuerit aliquando, & exaduerſo agens replicauerit quòd literarum
expeditio non eſt neceſſaria, quando agitur tantum ad penſio-
nis ſolutionem contra eum, qui conſenſit, & ſe obligauit de ſol-
uendo penſionem etiam literis non expeditis, & ſibi legitimè
intimatis, quas pro expeditis, & ſibi legitimè intimatis habe-

re

re uoluit: cum literæ non ſint de penſionis ſubſtantia, ſed tantum ad illius probationem requirantur; cui probationi, & literarum expeditioni pars poteſt renunciare, & conuenire quòd penſio literis non expeditis ſoluatur; & in eo, quod dictum fuit, quòd quando obligatio diſcordat à ſupplicatione corrigenda ſecùdum ipſam ſupplicationem, hoc procedere in his, quæ gratiæ ſubſtantiã reſpiciunt. Ex his, & aliis rationibus per aduocatum penſionarij deductis, & allegatis uidi in tribunali fuiſſe reſolutum dandam eſſe obligationis cameralis exequutionem, etiam literis non expeditis. Ad hoc igitur ut literæ omnino expediantur per Datarium in ſimilibus ſupplicationibus hæc apponi conſueuere. Et iuxta formam literarum expediendarum,& non aliàs:aliàs penſio ſit nulla. Redeundo autem ad materiam primò narratæ quæſtionis dico, quòd cum aduerſarius ab huiuſmodi exequutione uigore appellationis ad ſignaturam Iuſtitiæ recurſum habuerit, & cauſæ appellationis commiſsio bis in eadem ſignatura propoſita fuerit; demum reſolutum eſt, quòd licet proceſſus ex penſionarij parte factus, ex aduerſo deductis minimè obſiſtentibus de iure ualidè ſuſtineri potuerit; tamen non defuerunt ibi aliqui Prælati, puta Reuerendiſsimus d. Ferratinus,& alij dd. Abbreuiatores, qui nomine Cancellariæ, quæ eſt organum Papæ, retulerunt clauſulam eiuſmodi apponi de mente Sanctiſsimi, qui vult, quòd omnino ante exequutionem literæ expediantur. Et ideo fuit deciſum Auditorem Cameræ non niſi literis expeditis. Secus euenit quando penſionarius ui poſseſſionis exigendi procedit; ut præcedenti capite diximus.

De noua Papæ declaratione ſuper literarum penſionis exequutione. Cap. V.

IN literis penſionis exequendis, quę hucuſq; diximus in tribunali Auditoris Cameræ hactenus obſeruata fuere. Nouiſsimè uero Audiui quod Sanctiſsimus D. N. oretenus Auditori Cameræ commiſit; quod in exequutione literarum penſionis, etiam ſi adſit titularij conſenſus, etiam cum uinculo iuramenti præſtitus, & obligatione Camerali pro penſionis ſolutione facta, ad exequutionem literarum huiuſmodi non procedat, niſi prius literis, aut ſupplicatione reſeruationis penſionis,& narratis in eis ſufficienter uerificatis. Quod pen-

ſionariis nimis durum uidetur, tùm propter maiorem, quam de cętero habebunt, difficultatem eorum penſiones conſequendi, tùm etiam quia uidetur poſſe affirmari gratiæ uerificationem neceſſariam non eſſe quando contra eum, qui conſenſit penſionis reſeruationi, & ſe in forma Cameræ Apoſtolicę illam ſoluere obligauit, agitur: cum partes ſola ſupplicatione expedita quoad eos uerificationi eiuſmodi renunciare, & abſque ſimonię labe conuenire poſſint quòd penſio libere, & ſine aliqua exceptione ſoluatur. His tamen nequaquàm obſtantibus Papa vult, quòd ſi non reſpectu cõſentientis, ſaltem reſpectu ipſius Papæ concedentis hæc uerificatio fiat antequàm ad petitam deueniatur exequutionem, ad hoc ut gratia nullo modo ſit, neq; dici poſsit ſubreptitia: obligatio enim de ſoluendo penſionem ſemper ad ſupplicationis tenorem refertur & ſemper qualificatè ſumenda eſt; quatenus ſcilicet preces ueritati nitantur: namq; ſi gratia ſubreptitia, eſſet conſenſus, & obligatio inde ſequuti tanquàm ad gratiam ipſam acceſſorij parimodo ipſo iure nulli forent, & conſequenter non exequendi. In ſumma Pontifex vult cameralem obligationem in nihilo quoad hoc penſionario ſuffragari, ſed tantùm ad effectum ſuſpenſiuam, non autẽ deuolutiuam appellationem titulario prohibendi inſeruire.

De proceſſu exequutionis literarum in forma breuis expeditarum. Cap. VI.

1 *Quid poſt breuis præſentationem, pro obtinendo pro illius exequutione monitorio agatur.*
2 *Duplici modo breuia apoſtolica conceduntur.*
3 *Clauſula in monitorijs uigore breuis, ſi ſe fore grauatum ſenſerit euitanda eſt; quia cauſam ordinariam reddit.*
4 *Prima citatio contra intruſum poſt exequutum, & reproductum monitorium.*
5 *Quomodo uerificetur clauſula conſtito appoſita in breui.*
6 *In negocio exequutionis breuis, ut plurimum trina teſtium examinatio requiritur.*
7 *Quatuor termini ſubſtantiales in hoc iudicio neceſſarij.*
8 *Iurium recognitio omnino ſententiam debet præcedere.*
9 *Citatio ad ſententiam.*

Si

10 *Si monitorium nomine Cameræ eſt decretum omnes termini Commiſſarij Cameræ, & prouiſi Apoſtolici pro ſuo intereſſe nomine ſeruantur.*
11 *Commiſſarius aliquem, qui in cauſa compareat, ſubſtituere ſolet.*
12 *Monitorium uigore breuis perſonaliter debet intimari.*
13 *Secus ſi poſt monitorium procurator ſpecialiter ad illam cauſam per monitum conſtitutus ſit.*
14 *Generalis conſtitutio non ſufficit.*
Procurator in actu exequutionis nominatas non debet niſi ex benignitate citari.
15 *In ucrificatione clauſulæ conſlito ſemiplenas probationes Auditor Cameræ admittit; licet Rota aliter ſentiat, & quare.*
16 *In breui ad fauorem literarum prouiſionis conceſſo clauſulam conſlito uerificare ſat eſt.*
17 *Quare præmiſſa tantùm ſufficiant.*
18 *Sententia declaratoria contra intruſum.*
19 *Alia contra Capitulum, & Canonicos.*
20 *Citatio pro aggrauatoria poſt ſententiam latam obtinenda.*
21 *Lata ſententia ſequeſtrum abſque partis citatione conceditur.*
22 *Datur etiam aliud ſequeſtrum parte citata, & quomodo.*
23 *Traditur etiam ſubdelegationis inſtrumentum pro fructibus liquidandis, & quo pacto.*
24 *Ab his cenſuris quomodo detur abſolutio.*
25 *Intruſus in petitorio non auditur, niſi ſatisfecerit de his, in quibus fuit in poſſeſſorio condemnatus.*
26 *In his ſignatura non reſcribit, niſi cum clauſula parito breui, & iudicato.*
27 *Hæc excommunicatio etiam pro incerta ſumma fructuum non liquidatorum publicatur, parte tamen non opponente.*
28 *Licet Canonici ſint ſingulariter moniti, & nominati non propterea contra eos tanquàm ſingulares excommunicatio conceditur, & quare.*
29 *Capitulum quando per intruſi nominationem non liberatur.*
30 *Ab aliis cenſuris, aliquibus exceptis, Cameræ Auditor ad cautelam, ad effectum agendi abſoluit.*
31 *A cenſuris latis in curia non datur abſolutio niſi cauſa cognita.*
32 *An declaratoria rite feratur non præcedente excõmunicationis ſententia.*
33 *In exequutiuis regulariter dilationes ad partes non conceduntur.*
34 *Hoc ſeruatur in reo uolente breuis exequutionem impedire; ſecus in agente, cui paſſim remiſſoria conceditur.*

Tutius

35 *Tutius eſt in hoc caſu commiſsionem impetrare, & quare.*
36 *Etiam reo commiſsione ſuperueniente Cameræ Auditor remiſſoriam in hoc caſu concedere poteſt.*
37 *Iudex remiſſoriæ, eſt tantùm merus exequutor, & articulos admittere nequit.*
38 *Articuli debent dari in curia, & ibi admitti; & illos dans debet ab illis departibus eſſe inſtructus.*
39 *Iudex remiſſoriæ debet ipſe iuramentum à teſtibus recipere, & non committere notario, & quare.*
40 *Quæ dilationes ad probandum, & quæ ad reprobandum concedantur.*
41 *Pendente remiſſoriæ termino officium iudicis quoad cauſæ expeditionem conquieſcit.*
42 *Literarum remiſſorialium, & compulſorialium exequutio conſueuit perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ committi, licèt hoc neceſſariũ non uideatur.*
43 *Compulſoriales literas Auditor Cameræ in principio litis abſque partis citatione decernit, & in quacunque parte iudicij, parte tamen citata.*
44 *Differentia inter compulſoriales generales, & ſpeciales.*
45 *Termini qui ſeruantur pro parte rei conuenti ſunt diuerſi à terminis ab actore ſeruandis.*

1 HIC in breuis apoſtolici exequutione ſeruatur proceſſus. Præſentatur breue Auditori Cameræ clauſum, & ſigillatum, quod ab eo aperitur, eoq; aperto pro uerificatione clauſulæ conſtito in breui ipſo appoſitæ ac aliorum de neceſsitate uerificandorum inducuntur, examinanturq; teſtes per notarium de iudicis mandato omnibus intereſſe habentibus per contradictas, ſeu edictum publicum iuxta temporis qualitatem ſaltem citatis; Quorum depoſitionibus iudici exhibitis, ſi iudici ipſi requiſita in breui ſaltem ad effectum monitorium decernẽdi ſufficienter uerificari uidebitur, monitorium decernit iuxta formas, quas inferius in poſtremo libro poſuimus.

2 Aduerte autem duplici modo breuia eiuſmodi expediri, uno ad fauorem literarum apoſtolicarum ſub plumbo per prouiſum expeditarum: & tunc mandatum de immittendo prouiſum apoſtolicum in poſſeſsionem, una cum monitorio contra intruſum in beneficio traditur. Altero uerò modo de conſignando poſſeſsionem N. Collegæ in breui nominato retinendam per eum donec literæ ſub

plumbo

plumbo expediantur, una cum monitorio contra intruſum. Quo-
3 rum amborum formulas habes in ultimo libro. Animaduerte tamen quòd in monitoriorum huiuſcemodi expeditione aliqui notarij clauſulam, Alioquin ſi ſe fore grauatos ſenſerint, apponere conſueuerunt; & male agunt: quia per illa uerba, ſi ſe grauatos fore ſenſerint, parti aduerſæ quòd non exequutiuè, ſed ordinariè procedatur conceditur: reo enim comparente monitorium in ſimplicem citationem reſoluitur. Secus ſi apponatur clauſula illa, Alioquin, modo quem in monitorijs eiuſmodi in libro quarto deſcriptis expreſsimus, quem in negocio prædicto exequutiuo magis conuenientem cenſeo; quia hæc monitoria contra quoſcunque intruſos cum adhibitione cauſæ cognitionis præcedente generali citatione per contradictas, ſiue edictum publicum contra quoſcunque intereſſe putantes decernuntur; quæ citatio, cum contradictores ſint incerti ualidè fieri poteſt.
4 Monitorij exequutione in partibus facta, & in actis notarij reproducta, ſi intruſus, uel alius monitus, ſeu eius procurator in termino cõparuerit, per curſorem, ut moris eſt, perſonaliter; ſin autem per contradictas, ſeu edictum publicum iuxta temporis qualitatem, præcedente debita decreti annotatione citatur ad dicendum contra literas apoſtolicas in forma breuis expeditas, ac monitoriales pro illarum exequutione decretas, exequutas, & reproductas, iuraq; producta, & repetita; uidendum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus
5 opus ſit. His peractis pro breuis uerificatione articuli, ſiue materiæ exhibentur, & parte ad dicendum contra articulos, ſiue materias in forma, quam ſupra in primo libro uidebis, citata; præuia teſtium iuramentorum receptione teſtes ipſi debito tempore exami-
6 nantur, ſeu repetuntur. Nota tamen quòd in huiuſmodi negotio breuis exequutionis ut plurimum trina teſtium examinatio requiritur. Prima quando teſtes cauſæ monitorium decernendi examinantur, ut ſupra in principio huius capitis diximus. Et tunc citantur per contradictas, ſiue publicum edictum ones intereſſe putantes ad uidendum mandari ſummariè examinari teſtes pro uerificatione contentorum in breui. Secunda, quando eſt monitum Capitulum, ſiue intruſus, & comparere, uel parere negligit; & tunc poſt reproductum monitorium exequutum, & partem ad dicendum contra citatam, ut paulo ſupra dicebamus, citatur reus ad uidendum examinari &c. & repetuntur teſtes illi, qui ſe primi ante

mo-

monitorij decretum examinauerant, uel alij de nouo inducuntur pro uerificatione prædicta. Tertia quando ante ſententiæ declaratoriæ prolationem poſt factam ultimo dictam repetitionem ſiue examẽ teſtium in rei contumaciam comparet certus contradictor & teſtes citato ſe contradictore repeti poſtulat; quia interrogatorijs uti vult: & tunc iudex ex benignitate potius, quàm debita iuris diſpoſitione, ſumptibus tamen rei conuenti; quia in termino ei
7 aſsignato comparere debebat; illos denuo repeti mãdat. Poſt hæc ſeruatis quatuor terminis in huiuſmodi exequutiuo negocio de curiæ ſtylo ſeruari ſolitis; qui in utroque ex antedictis caſibus ſemper ſeruantur; ad docendum ſcilicet ſe paruiſſe literis apoſtolicis in forma breuis expeditis, una cum monitorialibus in illarum exequutionem decretis, & in actis iudicialiter reproductis primo pro prima; deinde ſecundo pro ſecunda; ſucceſsiue tertio pro tertia, & demum quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione: uno ui
8 delicet poſt alium legitimè ſeruatis; præuiaq; iurium recognitio-
9 ne; quæ omnino ſententiam pręcedere debet, citatur pars ad uidendum deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quatenus opus ſit, abſolui infraſcriptum inſtãtem ad effectum &c. nec nõ concludendum, cõcludiq; uidendum, & audiendũ ſententiam declaratoriam ad primam diem, uel per totam, ſi perſonaliter fiat; Inſtante N. prouiſo apoſtolico, principali, uel eius procuratore. Sed ſi proceditur nomine Cameræ dices inſtante magnifico d. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario, & N. prouiſo apoſtolico
10 pro ſuo intereſſe. Et aduerte; quòd ſi monitorium decretum eſt nomine Cameræ; quo nomine, quando breue ante literas ſub plũbo expeditur, ſemper decernitur; requiritur neceſſario, quòd termini omnes ſeruentur ſub dicto nomine Commiſſarij, & N. prouiſi
11 pro ſuo intereſſe. Et quoniam Commiſſarius aliis eſt prępeditus negotiis ad inſtantiam prouiſi eum adeuntis, & rogantis, eundem met prouiſum, uel alium procuratorem ſubſtituit, qui ipſius Commiſsarij uice in terminorum ſeruatione comparet: ſecus nulliter procederetur. Verùm ſi ob in curiam, uel obliuionem ſubſtitutio hæc facta non fuerit, dummodo non ſit lata ſententia, ne ab initio terminos omnes ſeruare, iterum ſit neceſſe Commiſſarius ſubſtitutionem eiuſmodi cum ratificatione hactenus geſtorum facit;
12 per quam ratificationem acta facta conualidantur. Antequàm ſententiæ exemplum deſcribam notarium, qui eſt iudicis oculus,

cõſulo, ut animaduertat monitorium fuiſſe perſonaliter exequutum: aliàs enim facta exequutio non eſſet ualida, nec ad cenſurarum incurſus declarationem ſufficeret. Nam requiritur, antequã quis cenſurarum pœnis condemnetur, certa, non autem præſum-
13 pta ſcientia,& illius contumacia. Niſi forte poſt monitorij exequutionem domi dimiſſa copia factam eſſet per monitum procu-
14 rator ſpecialiter ad illam cauſam conſtitutus:non ſufficeret enim, quòd procurator generatim ad omnes lites antea cõſtitutus fuiſſet. Sed ſi in exequutionis ſeu intimationis monitorij actu monitus proteſtatur contra eum non procedi, niſi N. ſuo procuratore citato, ex benignitate tantùm iudicis, ſiue agentis procurator illè nominatus citatur. Non tenetur enim aliter agens eum citare, uerum debet ipſe moniti procurator cum mandato legitimo in actis notarij cauſæ comparere, illudq; exhibere, & proteſtari, quod nihil
15 in cauſa fiat niſi ſe in quolibet actu citato. Præterea hæc pauca, antequàm ad ſententiam deueniamus, ſcitu neceſſaria addidimus. In uerificatione clauſulæ, Conſtito, in tribunali Auditoris Cameræ ſeruatum fuit, & quotidie paſsim ſeruatur probationem teſtiũ de publica uoce, & fama deponentium ſufficere: quia in his poſſeſſoriis iudiciis publica uox, & fama plena probatio eſt. Licet Rota, ut pluries audiui, aliàs ſemiplenis hiſce probationibus pro uerificatione obitus illius, per quem beneficium uacauit, contenta nõ remanſerit: quia cum hoc præcipuum ſit impetrantis fundamentum plenè probandum eſt. Semiplenæ autem probationi acquieſcere deberemus, quando eſſemus ultra montes, uel in caſum difficilis probationis, uel de diei, ſeu menſis obitus non autem de obi-
16 tu ipſo, & perſona, quæ obiit, tractaretur. Non te fugiat inſuper, quòd quando datur breue in fauorem literarum prouiſionis cum ſolita clauſula, ſi, & poſtquàm literæ apoſtolicæ exhibitæ fuerint: quãuis non defuerint aliqui docti uiri, qui in breuis eiuſmodi exequutione literarum prouiſionis narratiuam de neceſsitate uerificandam eſſe aſſeuerauerint; puta fructuum ualorem, & impetrantis habilitates: tamen de tribunalis Auditoris Cameræ ſtylo à Rota cõprobato ſufficit clauſulam, Conſtito, in breui expreſſam uerificare, & literas apoſtolicas prouiſionis producere, & ſic de facto
17 prouiſionem factam fuiſſe iuſtificare. Quia in hoc iudicio non uigore literarum, in quibus præmiſſa narrantur, ſed breuis, in quo de prædictis nullum prorſus uerbum, ſed ſolùm prouiſio iam facta,

& literæ expeditæ narrantur, agitur: quæ narratiua in hoc, ut dixi, ſufficit ſi de facto uerificetur. His poſitis ad ſententiæ declarato-
18 riæ formulam deuenio. Per hanc noſtram declaratoriam ſententiam, quam de iuris peritorum conſilio pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum prę oculis habentes, ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis uertentibus coram nobis inter magnificum d. Cameræ Apoſtolicę Commiſſarium generalem, & A. prouiſum Apoſtolicū pro ſuo intereſſe illi adhærentem agentes ex una, & B. intruſum in beneficio N. de quo eidē A. auctoritate Apoſtolica prouiſum, ſeu prouideri conceſſum fuit, ſuper dimiſsione, & relaxatione poſſeſſionis, & fructuum dicti beneficij, rebusq; aliis &c. reum conuentum partibus ex altera. Dicimus, ſententiamus, pronunciamus, decernimus, & declaramus prædictum B. excommunicationis, aliasq; eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas in literis Apoſtolicis in forma breuis ſibi intimatis contentas, ob illarum non paritionem, ac eiuſdem beneficij nō dimiſsionem, fructuumq; perceptorum, & qui percipi potuerunt, ac in futurum uſque in diem realis dimiſsionis prædictæ decurrendorum non reſtitutionem damnabiliter incidiſſe, & incurriſſe; ipſumq; ſic excommunicatum, & declaratum publicè denunciandum, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitandum, literasq; declaratorias deſu per opportunas decernendas, & concedendas fore, & eſſe: prout declaramus euitari mandamus, ac decernimus, & concedimus: ipſumq; in expenſis coram nobis legitimè factis condemnamus: quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus omni meliori modo &c. Hæc
19 contra particularem intruſum ſententia fertur; ſed ſi contra Capitulum, Vniuerſitatem, aut Collegium, uel his ſimilia pronunciandum eſt, cauſa publicum aliquod ſcandalum euitandi, non fulminantur ſtatim cenſuræ, ſed fertur ſententia modo ſupra deſignato his mutatis. Prædictos B. B. Canonicos, Capitulum, Vniuerſitatem, uel Collegium, niſi infra quindecim dies à die intimationis præſentis noſtræ ſententiæ, ſeu illius inſtrumenti ipſis faciendæ cōputandos realiter, & cum effectu ſententiæ ipſæ paruerint, poſſeſſionem tradiderint, fructusq; reſtituerint, ex nunc prout ex tunc ſuſpenſionis à diuinis, interdicti, ingreſſus eccleſiæ, aliasq; eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pęnas in eiſdem literis contentas, prę terquàm excommunicationis, ob illarum non paritionem poſſeſſionis, & fructuum non traditionem, conſignationem, & reſtitutionem

nem dānabiliter incidiſſe, & incurriſſe. Hæc eſt formula ſententiæ declaratoriæ in prædeſignatis caſibus in tribunali Auditoris Cameræ ferri conſueta. Verùm quia in breuibus eiuſmodi præter ecclesiaſticas cenſuras priuationis beneficiorum pœna continetur, ea ſtante priuatione quandoque rei conuenti beneficia à tertio certo modo impetrantur, & malè: etenim hæc ſententia nō bene priuat; quia condemnatus ſi poſtea abſoluatur, per abſolutionem in priſtinum reſtituitur,& conſequenter priuatio nulla redditur. Idcirco iudicem minimè erraſſe arbitrarer ſi in hac ſententia priuationis huiuſmodi pęnā omitteret,præſertim dum contra Capitulū & Canonicos agitur,ut dictum eſt; cū rationi conſentaneū eſſe nō uideatur canonicos pro &c. ad Capitulū in cōmuni pertinēte, eorum propriis beneficiis uti ſingulares,& proprias perſonas priuari.

20 Si vero per decē dies poſt publicationem ceduloni declaratoriæ reus conuentus non paret; reproducto cedulono eiuſmodi publicato citatur ad videndum ſe aggrauari, & reaggrauari,una cū inuocatione auxilij brachij ſecularis. In cuius citationis termino relaxatur brachium ſeculare, niſi ad primam diem cū intimatione.

21 Formam illius vide infra in poſtremo libro. Lata ſententia ſequeſtrum etiam abſque aliqua partis citatione conceditur. Hoc in eo-

22 dem libro inuenies. Conceditur interdum aliud ſequeſtrum parte citata,in quo certi ſequeſtratores deputantur,& citatur reus ad videndum decerni,& concedi ſequeſtrum ſuper fructibus beneficij N.& concedendum de ſequeſtratore,ſeu ſequeſtratoribus,aliàs videndum per dominum eligi,ac deputari ex officio. Et tunc concedit iudex ſequeſtrum,in quo de partium conſenſu,uel ex officio aliquem ſequeſtratorem deputat,per quem mandat beneficij fructus percipi,ac ſub ſequeſtro retineri, cōſignandos ad omne domi-

23 ni mandatum. Conceditur inſuper poſt declaratoriā ſententiam latam inſtrumentum ſubdelegationis alicuius iudicis in partibus, qui fructus beneficij ab intruſo perceptos liquidet, cuius exēplar in ultimo libro deſcripſi. Pro quo obtinendo citatur pars ad uidēdum ſubdelegari iudices in partibus pro liquidādis fructibus beneficij,cōcordandū de illis ac loco, & loci loco, aliàs uidēdum per Dominum eligi,& deputari ex officio,& conſtituendum procuratorem,qui dictæ liquidationi interſit,aliàs videndum decerni pro-

24 ceſſum per affixionem ad valuas eccleſiæ loci deputandi. Ab his cenſuris nullo modo abſolutio datur, niſi dimiſſa beneficij poſſeſ-

ſione, refectis expenſis, & fructibus reſtitutis, in quibus intruſus
fuit condemnatus, uel facta obligatione de illos ſoluendo facta li-
25 quidatione. His non factis intruſus non abſoluitur, nec minus in
26 petitorio auditur: & ob id inoleuit Signatura in his reſcribere cũ
ſolita clauſula, parito breui, & iudicato, quæ ſupra relata importa
27 re uidentur. Hæc excommunicatio pro incerta quantitate, & fru-
ctibus adhuc non liquidatis datur, tamen publicari nequit parte
comparente, & ſeparatum ſoluere facta illorum liquidatione offe-
rente. Secus in contumaciam rei nihil ex his opponentis. Si uero
pro certa quantitate fructuum præuia illorum liquidatione pro
dictis cenſuris habendis inſtabis, utique debitis ſeruatis proceſsi-
bus tibi deneganda nõ erunt; niſi forſan ex parte rei ab exceſsiua
& nimia illorum taxatione fuerit appellatim, quo caſu hæ cenſuræ
28 ſuſpenduntur. Et quoniam negocium huiuſmodi cẽſurarum mul
tum habet ponderis ne notarij decipiantur à quibuſdam curiali-
bus; qui uti nimis auidi eorum expeditionem conſequendi illam,
maiori qua poſſunt, celeritate à iudice, & notario extorquere cu-
rant; animaduertant quòd ſi cõtra Capitulum, & Canonicos tan-
quàm contumaces, & inobedientes ad cenſuras procedi contin-
gat; licet plures ipſorum tanquàm ſingulares Canonici nominati
ſint, ſi de rẽ ad Capitulum pertinente tractatur, nõ propterea con
tra ipſos, uti ſingulares, illos propriis nominando nominibus, cen-
29 ſuræ conceduntur. Animaduertãt inſuper, quòd quãdo ſunt mo-
niti Canonici, & Capitulum (contra quos paſsim hæc monitoria
diriguntur; cum ut plurimum ad eos traditio poſſeſsionis perti-
neat,) quatenus debeant immiſiſſe A. prouiſum Apoſtolicorum
in poſſeſsionem beneficij cum clauſula amoto quolibet detento-
re; Capitulum per intruſi nominationem nõ liberatur; cum appo-
30 ſita ſit in breui clauſula, abſque uitio ſpolij, & attentatorum. Ab
aliis uerò cenſuris extra curiã latis; dummodo tamẽ ab ordinariis
ex cauſa reſidentiæ, uiſitationis, morum correctionis, uel alia cauſa
à ſacroſancto Tridentino Concilio prohibita paſsim Cameræ Au-
ditor ad cautelam ad effectum agendi, introducta coram eo ap-
31 pellationis cauſa abſoluere conſueuit. Secus à cenſuris latis in cu-
ria, à quibus niſi cum plena cauſæ cognitione abſolutio non da-
tur. His poſitis prætereundum non cenſui hæc ad propoſitam cen-
ſurarum materiam facientia referre. Declaratoria ſentẽtia ex qua
dam potius inueterata conſuetudine, & tribunalis ſtylo, quàm de

bita

bita iuris diſpoſitione ſub ſuperius expreſſa forma ferri videtur. Quoniam rei circunſtantiis conſideratis ratio eſt in promptu; quia antequàm ad incurſus cenſurarum declaratoriam deueniatur, requiratur primò quòd cenſuræ ſint fulminatæ, aut in breui, aut in literis monitorialibus: cum ergo in eis non ſint fulminatę, ſed duntaxat comminatæ opus eſt, quòd antequàm quis declaretur contra eum excommunicationis ſententia præcedat; uidelicet excommunicamus &c. & poſtmodum ad declaratoriam procedatur: declaratoria non poteſt propriè excommunicatio, ſed ſolummodò excommunicationis, aut alterius cenſuræ incurſæ denunciatio, & publicatio dici. Et ſi quis dixerit, quòd in eodem tribunali à multis annis citra fuit ita obſeruatum; reſpondere poſſem, quod hoc fuit ante Concilium, & benè: quia ante Concilij publicationem monitoria expediebantur cum clauſula, ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc contra inobedientes &c. ferimus in his ſcriptis. Et ſic propter illa uerba excommunicatio præceſſiſſe uidebatur, & conſequenter ad declaratoriam ſub præſcripta forma bene poterat procedi. Verùm prædicta ex abundanti dicta ſint, cum minimè ſint immutanda, quę antiquam habuerunt conſuetudinem; & præſertim in tribunali prædicto, in quo longus, & diuturnus vſus cauſarum, tam in ordinando, quàm in decidendo pro

33 lege habetur. Reſtat referendam ſuper hoc articulo exequutionis breuis, quòd licet regulariter in exequutiuis non dentur dilatio-

34 nes ad partes, tamen id uidi ſeruari, & locum habere in reo, uolente exequutionem breuis impedire, ſed actori paſſim remiſſoria cō

35 ceditur. Tutius tñ arbitror cōmiſsionem impetrare, quæ paſsim à Signatura conceditur cum clauſula arbitrio iudicis. Quia cum Auditor Cameræ ſit iudex delegatus, & merus exequutor ordinaria iuriſdictio ceſſare, & ob id abſque commiſsione eiuſmodi remiſſo-

36 riam concedendam non eſſe uidetur. Crederem in proximè relato caſu remiſſoriam etiam reo qui illas incontinenti peteret, dandam fore, quia licèt Auditor Cameræ ſit, ut dixi, merus exequutor tamen literas remiſſoriales decernendo aſſumere uidetur, ut cum

37 effectu aſſumit, iudicis partes. Addo in hac materia, quòd iudex remiſſoriæ eſt merus exequutor, nec poteſt articulos admittere, quare non Auditor ad exequutionem breuis agens, dum ad probandum beneficii ualorem, aut aliud aliquid ſibi incumbens informatione de partibus pro arriculis formandis indigere, & idcirco eos

in

38 in partibus darē uelle dicit. Verùm articuli in curia dandi ſunt,& ibi admittendi, & illos dans debet à perſonis de partibus optimè
39 eſſe inſtructus ante illorum dationem. Addo etiam quòd iudex remiſſoriæ non debet,ſicut ut plurimum conſueuit, notario iuramentorum teſtium examinandorum receptionem:ea enim iuriſdictionis eſt actus, quæ per ſubdelegatum nequit alteri committi. Melius igitur eſt ſubdelegatum iudicem iuramentum huiuſmodi
40 recipere.Et ut aliqua de terminis in remiſſoriis cōcedendis,quando quidem de ea ſermonem cœpimus, breuiter attingam: conſueuit Auditor Cameræ dilationem ad probandum in partibus duorum menſium, uel aliàs habita diſtantiæ loci ratione concedere; quod tēpus regulariter à die conſignationis portitore factæ currere incipit;& alteri parti aduerſus quam remiſſoriæ literæ concedūtur aliam ſemper breuiorem dilationem impartiri, puta unius mēſis ad reprobandum,ſi reprobare uoluerit,perſonas ex aduerſo inductorum teſtium, eorumque depoſitiones,ac probandum ei cōpetētes exceptiones, & amplius dilationes ſemel,& pluries ad probantis,uel reprobantis inſtantiam prorogare.Quia cum ſtylus Auditoris Cameræ ſit ad probandum prorogationes concedere, ne probationes pereant;pari ratione dicēdum erit reprobationis terminum prorogari poſſe, cum ſtylus in contrarium non appareat, qui hoc impediat.Et attende, quòd quamuis pendente remiſſoriæ termino iudicis officium conquieſcat, tamen ſi pars interim compulſoriales generales literas petit,poteſt iudex ipſe illas concedere: quia actus iſte non ad expeditionem cauſæ,ſed ad iudicii proſequutionem tantùm tendit;& proximè dicta in cauſæ expeditione,non
41 autem in illius proſequutione locum habent. Idem dico in teſtibus,qui pendente remiſſoriæ termino poſſunt in curia examinari.
42 Literarum autē remiſſorialium, & compulſorialium exequutio, licet regulariter perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ com-
43 mitti ſoleat;tamen hoc neceſſarium eſſe non uidetur. Compulſoriales literæ ab Auditore Cameræ in litis principio parte non citata,& etiam pendente lite in quacunque iudicii parte, citata tamen
44 parte conceduntur. Hæc autem eſt inter compulſoriales generales,& ſpeciales literas differentia:hæc enim nunquàm niſi parte citata,& cum termini præfixione relaxantur; quo pendente iudicis officium quieſcit,& ad cauſæ expeditionem procedere non poteſt: illæ uerò proceſſum non retardant, & decernuntur etiam feriarū

tempore,

tempore,quamuis cauſa commiſſaria ſit. Hæc de remiſſorijs,& cõpulſoriis dicta ſufficiant. Ad propoſitum exequutionis breuis negocium redeo. Si poſt breuis exequutionem ex commiſſarij parte petitam contingat prouiſum Apoſtolicum literas Apoſtolicas ſuę prouiſionis in forma gratioſa ſub plumbo expedire: illis exhibitis, & præuia rei citatione ad dicendum contra &c. & uidendum decerni mandatum de immittendo prouiſum in poſſeſsionem beneficii, de cuius poſſeſsione agitur, iudex mandatum concedit modo
45 quem in ultimo libro deſcripſimus. Hæc addo. Supra relati quatuor termini, quos in hoc exequutionis breuis iudicio ſeruari dixi, non ſeruantur ex parte rei cõuenti abſolutoriam petentis, uerùm ſeruantur ad libellandum, articulandum &c. & reliqui termini in beneficialibus cauſis ſeruari ſoliti. Conſulo tamen reum, ut commiſsionem impetret, & illius uigore aduerſario terminum aliquẽ breuem, & peremptorium quorumcunque terminorum ſubſtantialium loco ad docendum de ſuis iuribus, ac aliàs ad probandum quicquid vult, & poteſt præfigi petat. Quo effluxo, & nihil, quod releuet docto, Auditor Cameræ ad expeditionem cauſæ procedat, & ſententiam abſolutoriam ab impetitis per agentem in præſenti iudicio in rei fauorem ferat.

De exequutione Apoſtolicarum literarum in forma gratioſa expeditarum, & illarum fulminatis proceſſibus. Cap. VII.

1 *Proceſſus, in exequutione literarum Apoſtolicarum in forma gratioſa antiquitus ſeruari ſolitus.*
2 *Proceſsus fulminati in hoc negocio non conceduntur ſub ampla forma, ut prius, & conceſſi non exequuntur.*
3 *Monitorium in hoc iudicio eſt neceſſarium.*
4 *Quare modus expediendi breue pro literarum Apoſtolicarum exequutione adinuentus.*
5 *Quo pacto Auditor Cameræ ad exequutionem literarum huiuſmodi procedat.*
6 *Exceptiones rei in hoc iudicio, niſi ex literarum, uentre oriantur, non attenduntur.*

7 *Si Reus aliquid prætendit petitorio agere debet.*
8 *Committat Reus petitorium in Rota dum cauſa poſſeſſorij pendet, & quod utile illi ex hoc reſultet.*

1 IN exequutione literarum Apoſtolicarum in forma gratioſa expeditarum ſolebant antiquiores pro poſſeſsionis aſsequutione proceſſum fulminatum ab Auditore Cameræ, uti quarumcunque Apoſtolicarum literarum exequutore; licet in illis non eſſet iudex nominatus; uel per officium archiuij Romanæ curiæ obtinere. Qui proceſſus erat nimium rigoroſus, & iudices in eo eligebãtur ſubexequutores in partibus arbitrio prouiſi, qui ſtatim cenſuras fulminabant, & ad alios actus ualde præiudiciales procedebant non uocatis, neque auditis intereſſe habentibus, nec illorum iuribus con-
2 ſideratis. Quamobrem proceſſus iſti mutilati fuere, nec ita paſſim conceduntur; & ſi fuerint alicui intruſo intimati non datur illis exequutio, ut prius ſolebat. Conſueuerat enim antiquitus abſque aliqua perſonali citatione, ſed tantum per contradictas ſeruato proceſſu ad exequutionem illorum procedi, & præcedentibus terminis ad docendum ſe paruiſſe primò, ſecundò, tertiò, & quar-
3 tò declaratoria concedebatur. Modo autẽ in exequutione literarum prædictarum monitorium Auditoris Cameræ requiritur; ad hoc ut reus citatus certum habeat iudicem, & notarium corã quo comparere, & iura ſua deducere poſsit. Verum qui ad exequutionem ſimilium literarum Auditorem Cameræ tanquàm ordinariũ iudicem, & potius ſua ordinaria, quàm delegata auctoritate procedere olim uidebatur, & ſuper appellatione concedenda dubitabatur, & aliquoties cõceſſa fuit, cautiores facti negociatores expeditionem breuis in literarum fauorem procurarunt, quo Auditori Cameræ iniungitur, ut conſtito de literis expeditis prouiſum in
5 poſſeſsionem immittat. Et ſtante hoc breui Auditor Cameræ eſt iudex merus exequutor delegatus, & nil aliud habet agere, quàm à Papa in breui commiſſa exequi: monitorium ſcilicet ad partes uiſis literis, & uerificata clauſula, Conſtito, concedere, & ſubinde aduerſus intruſum procedere modo, de quo in proximo capite loqu
6 ti fuimus. Nec ſolet Deus in ſuis proponendis exceptionibus au-
7 diri, niſi ille ex literarũ uentre forſitan oriantur: & ſi aliud aliquid prætendit in petitorio agat literarum exequutione non retardata,

aut

8 aut beneficij poſſeſsione dimiſſa. Cauti tamen procuratores Rei, qui uident iudicium hoc exequutiuum retardare non poſſe, cauſam in petitorio in Rota committi, & ad illius expeditionem pari paſſu deueniri curant: ut cum ſententia in poſſeſſorio lata fuerit, in petitorio pariter feratur: & ſic actor breui ſententia ſua in poſſeſſorio lata gaudet: quia ſimulac ſententia in petitorio fertur, ſequeſtrum ſuper fructibus beneficij conceditur.

De exequutione exequutorialium Rotæ, & aliarum ſententiarum. Cap. VIII.

1 *Exequebantur antiquitus exequutoriales Rotæ nullo præcedente monitorio.*

2 *Contrarium hodie ſeruatur.*

3 *Sententias extra curiam latas Auditor Cameræ non exequitur, niſi uigore commiſsionis.*

4 *Secus ſi debitor reperiatur in curia, & quomodo tunc procedatur.*

1 EXEQVVTORIALES Rotæ legitimè intimatæ ſolebant antiquitus exequi more literarum apoſtolicarum nullo præcedente monitorio, ſed tantùm etiam per contradictas, ſeu publicum edictum ſeruatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe literis exequutorialibus primò, ſecundo, tertiò, & quarto.
2 Attamen, quia in ſignatura fuit ſuper hoc pluries diſputatum, & exequutionem eiuſmodi niſi præuio monitorio concedendam non eſſe aſſertum; cum reus certum non haberet iudicem, coram quo ad exequutionem impediendam comparere deberet: Auditor Cameræ à multis annis citra ſe ab huiuſmodi exequutione abſtinuit, nec illam concedere uoluit, niſi præuio legitimè exequuto monitorio.
3 Præterea in ſignatura dictum eſt Auditorem Cameræ non eſſe merum exequutorem ſententiarum extra Romanam curiam latarum, quas aliàs eius ordinaria autoritate exequi ſolebat, & ideo Auditor Cameræ, niſi ei fuerit uigore cômiſsionis iuriſdictio attributa, ad hanc exequutionem non procedit.
4 Si autem debitor, contra quem eſt procedendum, in curia reperiatur, exhibetur illa ſententia, ſeu mandatum de partibus ad docendum de credito ad effectum aſſecuratione iudicij petendi,

uel aliàs, nō aūt exequendi, niſi ut ſuprà dixi, ſeu aliàs Iudex de partibus à quo mādatum emanauit per eius literas hortatorias imploraret officium ipſius Auditoris, quia tunc ipſe Auditor Cameræ ad illius exequutionem procedere conſueuit.

De modo procedendi ad literarum compulſorialium, ſeu requiſitorialium exequutionem. Cap. IX.

1 *Citatio pro exequutione compulſorialium.*
2 *Quid agendum ſi iura ſint penes tertium.*
3 *Alia citatio ad uidendum claudi proceſſum.*
4 *Modus procedendi ad exequutionem remiſſorialium.*

PROCVRATOR ad exequutionem literarum compulſorialium, ſeu requiſitorialium à Iudice de partibus Auditori Cameræ pro iuribus, & ſcripturis Romæ extra-
1 hendis directarum procedi inſtans, illas Auditori exhibet, & citationem ab eo decerni obtinet contra aduerſarium ad dicendum contra literas requiſitorias à Regia curia Granatenſi emanatas, & in actis notarij exhibitas, uidendumq; iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, nec non mandari procedi ad dictarum literarum exequutionem, & pro earum exequutione mandari extrahi, collationari, & auſcultari iura, inſtrumenta, partitas, literas, ſcripturas, & alia quæcunque iura, & munimenta in eiſdem requiſitoriis literis ſpecificata, uel in citationis termino ſpecificanda apud acta notarij, uidendumq; iurare, & examinari mandari teſtes ſuper illorū recognitione, dictæq; extractioni, collationi, & auſcultationi intereſſēdū, quatenus intereſſe uelit pro die, & hora per Dominum aſsignandis, aliàs uidendum mandari fieri per notarium ſine eius interuentu. In cuius citationis termino Iudex mandat fieri dictam extractionem, ac auſcultationem, & recognitionem certis die, & hora cum intimatione. Sed ſi iura penes
2 mercatorem notarium, aut aliam tertiam perſonam reperiantur, præmittitur contra eos citatio, ſeu monitorium iuxta perſonarū qualitates ad exhibēdum ſub mandati exequutiui pęna libros, ſcripturas, partitas, inſtrumenta, & munimenta in actis notarij ſpecifi

cata apud eos exiſtentia. Qui tertius monitus, ſiue citatus compulſus metu mandati exequutiui libros, & inſtrumenta exhibet, illiſque exhibitis fit alia citatio modo ſupra in capitis principio expreſſo: & inductis examinatisq; teſtibus ſuper ſcripturarum recognitione, elapſoque intimationis termino Notarius ad ſcripturarum ipſarum extractionem, auſcultationemq; deuenit, deq; his omnibus in publicatione, & ſubſcriptione proceſſus teſtimonium dicit.

3 His peractis fit alia citatio ad uidendum mandari claudi, & obſignari proceſſum, & ad partes Hiſpaniarum iudicibus cauſæ tranſmitti.
4 Si uerò ad literarum remiſſorialium exequutionem procedere uis, aduerſarium cita ad dicendùm contra literas remiſſoriales &c. ac uidendum in illarum exequutionem committi iuramenta, & examen teſtium notario infraſcripto ad hoc deputato ad primam diem, & poſtquàm commiſſum fuerit, uidẽdum dictos teſtes iurare in eorum uel notarij domibus, aut ubi reperti fuerint per totam illam, & ſex, uel decem ſequentes dies, & poſtquàm iurauerint ad dandum interrogatoria, ſi quæ dare uoluerit; aliàs uidendum teſtes ipſos mandari examinari ſine ad eandem primam diẽ. Et deinde præcedentibus iuramentis teſtium, ſaltem per diem ante examen notarius illos examinat ſeruata literarum remiſſorialium forma. Examinatis teſtibus, ac in ſcriptis redactis, lapſoq; termino reprobatorio in dictis literis aſsignato, citatur pars ad uidẽdum claudi & obſignari proceſſum, & ad partes iudici cauſæ mitti, ac portitori ob eam rem deputando conſignari. His factis clauditur proceſſus, obſignatur, & portitori alicui, qui illum ad partes iudici deferat, traditur. De compulſorialium, & remiſſorialium exequutione tractans his breuibus me expedire uolui: cum de illa Veſtrius in ſexto, & ſeptimo ſui tractatus libro ex profeſſo, & latè dixerit.

SALLVSTII TIBERII
A' CORNETO
DE
MODIS PROCEDENDI IN CAVSIS,
quæ coram Auditore Cameræ aguntur,

LIBER QVARTVS.

Citatio pro exequutione Cameralis obligationis extra curiam.

HIERONYMVS Mattheius, prothonotarius apoſtolicus, utriuſq; ſignaturæ ſanctiſsimi D. N. Papæ Referendarius, ac eiuſdem Sanctiſsimi, eiusq; Camerarij, nec non cauſarũ curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, Romanæq; curiæ iudex ordinarius; ſententiarum quoque, cenſurarum, & pœnarũ, in eadem Romana curia latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunque uniuerſalis, & merus exequutor, ab eodem Sanctiſsimo ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis dd. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cãtoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Canonicis, parochialium eccleſiarum Rectoribus: eorum locatenentibus, Plebanis, Veceplebanis, Capellanis, curatis, & non curatis, cæteriſq; presbyteris, clericis, notarijs, & tabellionibus publicis quibuſcunque, per ciuitatem, & diœceſim N. ac aliàs ubilibet cõſtitu

tis;

tis;illiq́; uel illis, ad quem,uel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò uerius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Pro parte d. N. creditoris do. M. in ſcutis Centum auri in auro occaſione totidem ſibi gratis mutuatorum; ut in inſtrumento, per N. publicum notarium recepto,& in actis infraſcripti noſtri notarij exhibito habetur; principalis inſtanter requiſiti. Vobis omnibus, & ſingulis ſupranominatis, & ueſtrum cuilibet inſolidum harum ſerie committimus, ac ſub quingentorum ducatorum auri Cameræ, locis piis arbitrio noſtro applicandorum, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis,aliiſque eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris, & pęnis præcipimus, & mandamus; quatenus ſtatim uiſis,& receptis præſentibus, & ſimul ac earum uigore fueritis,uel aliquis noſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, imò uerius Apoſtolica auctoritate eundem ex aduerſo principalem in eius propria perſona, ſi eum commodè habere poteritis; ſecus domi ſuæ habitationis præſentium copia dimiſſa citetis, ut nos etiã ipſum citamus:quatenus ſexta die,poſt pręſentis citationis exequutionem ſi iuridica fuerit, alioqui prima die iuridica, poſt eam immediate ſequenti compareat in iudicio legitimè coram nobis, ſeu reuerendo patre d. noſtro in ciuilibus locumtenente per ſe, uel procuratorem ſuum idoneum ad dicendum,& excipiendum quicquid uerbo,uel inſcriptis uoluerit contra inſtrumenta, & iura nomine prædicti N.creditoris,coram nobis producta, & repetita; uidendum ſuper illorum recognitione,quatenus opus ſit,teſtes induci,& iurare;obligationeḿq; in forma Cameræ, in illis appoſitam iuxta curiæ noſtræ ſtylum extẽdi mandari; nec non ſoluendum dicta ſcuta centum, per eum debitã iuxta ſuæ obligationis formam, aliàſq́;, & alia faciendum,& adimplendum, ad quæ ex forma dictæ eius obligationis tenetur. Alioquin lapſo prædicto termino nos contra eum citatum iuſtitiæ medio ad omnes actus, & terminos opportunos,ac totalem, & finalem inſtrumenti cameralis obligationis exequutionem,uſque ad integram debiti ſatisfactionem, etiam per audientiam literarum contradictarum; & aliàs,ut in ſimilibus obligationibus in forma Cameræ de more,& ſtylo curiæ noſtræ fieri,& procedi conſueuit; procedemus, ipſius citati abſentia, ſeu contumacia in aliquo non obſtante. In quorum omnium fidem præſentes à notario noſtro infraſcripto ſubſcriptas, & came-

ræ apoſtolicæ ſigillo munitas conceſsimus. Datum Romę in ędibus noſtris anno à natiuitate Domini 1582. indictione decima, die uerò 26. Iunij, Pontificatus Sanctiſsimi d. noſtri Gregorij Papæ XIII. anno undecimo.

Monitorium de deſiſtendo à moleſtijs.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Perlatum eſt ad nos B. indebitè A. ſuper prædio ſito &c. quod ipſe poſt omnem hominum memoriam iuſto titulo poſsidet moleſtare uelle iactaſſe. Nos igitur A. nomine de iuris opportuno remedio requiſiti. Vobis omnibus &c. committimus &c. quatenus ſtatim &c. ſub quingentorum &c. moneatis prædictum B. exaduerſo principalem, ut nos etiã his literis monemus, & requirimus: quatenus intra ſex dies, quarũ duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos pro tertio, & perẽptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus ſub quingentorum &c. pœnis debeat à quibuſcunq; iactationibus, moleſtationibus, uexationibus, & impedimẽtis, ipſi A. ſuper dicto prędio quauis de cauſa, non tamen iudicialiter præſtitis, & illatis, ac inferri cõminatis re ipſa, & cum effectu deſtitiſſe; ipſumq; A. prædio huiuſmodi, fructuumq; & prouentuum illius perceptione liberè ac pacificè uti frui, & gaudere permiſiſſe. Alioquĩ prædictum ſic monitum, ſi in præmiſsis ſe fore grauatum ſenſerit citetis peremptoriè, ut nos citamus; quatenus ſexta die poſt præſentium exequutionẽ, ſi erit iuridica, ſecus prima die iuridica poſt eam ſequenti compareat Romę in iudicio legitimè coram nobis, ſeu reuerendo patre d. in ciuilibus locumtenente noſtro per ſe, uel procuratorem legitimum ad uidendum in cauſa hac ad omnes, & ſingulos actus, & terminos neceſſarios, uſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè, etiam lite non conteſtata procedi, aliaſq; & alia fieri ſuper his neceſſaria. Certificantes citatum; quòd, ſiue comparuerit, ſiue non, nos nihilominus ad hæc, & alia quæ iuſtitia ſuadebit, eius abſentia, ſeu contumacia minimè obſiſtente, procedemus. Committimus uobis preterea ſub eiſdem pœnis, quòd quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis, & ſecularibus, ordinariis, & extraordinariis, ac commiſſariis quibuſcunque, & præſertim dicto B. inhibeatis, ut nos etiam inhibemus, ne ſub eiſdem ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictum A. ſuper antedicto prædio, illiuſq; poſſeſsione, & fructuum perce-

ptione,ſeu aliàs quouis quæſito colore, ſeu prætextu, directè, uel indirectè,tacitè,uel expreſsè moleſtare,aut in iudicium,alibi quàm coram nobis trahere præſumant. Et quod ſecus factum fuerit reuocabimus,& in priſtinum ſtatum reducemus. In quorum &c. datum &c.

Aliud
Pro ſolutione penſionum.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Ex parte A. cui aliàs annua penſio ſcutorum centum ſuper parrochialis Eccleſiæ N. diœceſis N. fructibus, redditibus, & prouentibus Apoſtolica auctoritate reſeruata extitit, in Romana curia perſoluenda, ut in literis Apoſtolicis, ſub plumbo, ut moris eſt, expeditis ſub datum &c. nobis exhibitis latius continetur;principalis requiſiti urbis &c. cõmittimus &c.moneatis &c.reuerendum D.B.modernum dictæ eccleſiæ Rectorem,omneſque alios pro tempore extituros ex aduerſo principales;quatenus infra ſex &c. ſub quingentorum &c. aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, etiam in prædictis Apoſtolicis literis expreſsis, debeant de omnibus, & ſingulis dictæ annuæ penſionis terminis decurſis,& non ſolutis,ac in futurum decurrendis in loco,ac terminis,modoque,& forma in dictis literis expreſsis prænominato A. ſiueeius procuratori legitimo integrè,& cum effectu perſoluiſſe. Alioquin &c. Certificante &c.

Aliud
Super manutentione in poſſeſſione exigendi.

HIERONYMVS &c.uniuerſis &c.nomine A.cui annua penſio ducatorum centum ſuper fructibus, redditibus, & prouẽtibus ſimplicis perpetui beneficij eccleſiaſtici &c.in Romana curia perſoluenda, ut in ſupplicatione nobis exhibenda; licet literis nondum expeditis, reſeruata Apoſtolica auctoritate extitit, & in cuius pẽſionis exigendi poſſeſsione exiſtit,principalis requiſiti &c. moneatis &c.B.modernum dicti beneficii poſſeſsorem, ex aduerſo principalem;quatenus infra ſex &c. ſub quingentorum &c. de-

beat

& ultra;ut ex eius verbis nobis ſignificatum eſt; legitimè poſsiden tis;& cui B. aduerſus iuris debitum B. ſuper ea moleſtiam inferre ſe iactat, principalis requiſiti. Vobis committimus &c. moneatis &c.prçfatum B.omneſque alios moleſtatores,in exequutione prç ſentium nominandos, ex aduerſo principales, quatenus infra ſex &c.ſub quingentorum &c. aliiſque pœnis &c.in præinſertis Apoſtolicis literis contentis, & expreſsis debeant ab omnibus moleſtationibus, impedimentis, & iactationibus per eos dicto A. uel eius coloris,& manifeſtis ſuper dicta uinea,illiuſque poſſeſsione,ac fructuum perceptione illatis vtcunque, & præſtitis cum effectu deſtitiſſe,ipſumque A.uinea huiuſmodi,ac eius poſſeſsione,fructuũque perceptione uti, frui, & gaudere permiſiſſe ſine dictiſq; Apoſtolicis literis,& præſentibus noſtris per omnia paruiſſe &c. prætere rea inhibeatis &c.alioquin &c.

Aliud
Pro exequutione literarum collationis beneficij.

HIERONYMVS &c. vniuerſis &c. præſentare nobis hodie fuerunt ad inſtantiam A.perpetui beneficiati ad altare ſancti N.in eccleſia N.prouiſi Apoſtolici principalis literæ Apoſtolicæ collationis dicti beneficij,ſub plumbo expeditæ huiuſmodi ſub tenore Gregorius &c.inſerantur literæ. Poſt quarũ præſentationẽ pro earum exequutione legitima requiſiti. Vobis cõmittimus &c. moneatis &c.omnes,& ſingulos ad quem, uel ad quos traditio dicti beneficij poſſeſsionis, ac fructuum conſignatio ſpectat,in exequutione præſentium nominandos, quatenus infra ſex &c. ſub quingentorum &c.debeant prædictum prouiſum, ſiue illius procuratorem legitimum in realem,actualem,& corporalem dicti beneficij, ac iurium,pertinentiarum, & annexorum ſuorum quorumcunque poſſeſsionem induxiſſe, inductumque aduerſus quoſcunque moleſtatores manutenuiſſe, & defendiſſe,& de omnibus fructibus illius redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus; & emolumentis eidem, ſiue eius legitimo procuratori decurſij, & in futurum decurrendis integrè,& cum effectu reſponderi feciſſe, & mandaſſe iuxta præinſertarum Apoſtolicarũ literarum formam, ac ad totalem illarum exequutionem proceſsiſſe. Alioquin &c.

Præterea inhibeatis &c.ne audeant prædictum A. uel eius procuratorem in adipiſcenda poſſeſsione prędicta,fructuumque perceptione perturbare,aut aliàs impedire literarum præfatarum legitimam exequutionem.Et quod ſecus fiet &c.

Aliud
Vi Saluiani interdicti.

HIERONYMVS &c.vniuerſis &c.ex parte A.in cuius fauorem per B.annuum cenſum ſcutorum octo ſuper domo ſita &c.impoſitum,& pretio ſcutorum centum venditum fuiſſe accepimus,principalis requiſiti Vobis committimus &c.moneatis N. dictæ domus detentorem , & poſſeſſorem ; quatenus infra ſex &c. ſub quingentorum &c.debeat ab occupatione, & detentione dictæ domus,iuriumque eius,membrorum,& pertinentiarum re ipſa deſtitiſſe,eiusque poſſeſsionem dimiſiſſe, uacuamque prædicto A.tradidiſſe,& relaxaſſe,per eundem A.retinendam,& uſufructandam donec ei de omnibus, & ſingulis dicti annui & uſus terminis decurſis,& debitis , ac in futurum ſuis loco, & tempore decurrendis integrè fuerit ſatisfactum . Fuit enim pro parte ſupradicti A. comparitum coram nobis , & allegatum ſe uelle in præmiſsis uti utili remedio Saluiani interdicti , & alio quocunque , ſibi magis de iure proficuo , & competenti omni meliori modo &c. alioquin &c.

Aliud
Super ſpolio.

HIERONYMVS &c.vniuerſis &c. renunciatum nobis eſt B. de facto A.prædio ſito &c.per eum legitimè poſſeſſo ſpoliaſſe.Quare pro eius parte uobis committimus &c.moneatis &c.prędictum B. ſpoliatorem , ac illicitum, & indebitum detentorem , ex aduerſo principalem;quatenus &c. debeat à ſpolio, per eum commiſſo, detentioneque, & occupatione dicti prædij ceſſaſſe,illiusq; ac membrorum, & pertinẽtiarum ſuorum quorumcunq; realem, & actualem poſſeſsionem dicto A.dimiſiſſe , & relaxaſſe : ipſumq; in

in priſtinam eius poſſeſsionem redintegraſſe, ac de omnibus, & ſingulis dicti prædij fructibus à die ſpolii perceptis, & qui percipi potuerunt, ac in poſterum vſque in diem dimiſsionis poſſeſsionis effectualis, ſi extabnnt, ſin autem ad rationem quanti plurimi cum effectu, & integrè ſatisfeciſſe. Alioquin &c.

Aliud
Ad perſonaliter comparendum.

HIERONYMVS &c. vniuerſis &c. ſignificauit nobis graui cum querela, non ſine animi noſtri moleſtia Magnificus D. N. Sanctiſsimi D. noſtri Papę, & Camerę Apoſtolicę procurator fiſcalis A. in animæ ſuæ præiudicium, ac ſedis Apoſtolicæ contemptum certarũ literarũ monitorialiũ per nos ad inſtantiã N. emanatarum exequutionem impedire non erubuiſſe, cenſuras, & pœnas, in bulla in die cœnæ Domini quotannis legi ſolita temere incurrendo. Quare pro ipſius d. procuratoris fiſcalis parte de opportuno iuris remedio requiſiti, conſtito nobis prius per iura quædã in actis exhibita, ac depoſitionem nonnullorum teſtium, de mandato noſtro examinatorum præmiſſa à veritate non diſcrepare. vobis committimus &c. moneatis dictum A. &c. quatenus infra decem dies &c. ſub mille ducatorum auri cameræ, & pro illis mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis, priuationisq; quorumcunque beneficiorum, & officiorum, quæ obtinet, triremium, ac perpetuæ notę, & infamiæ, aliisq; cenſuris, & pœnis arbitrio noſtro augendis, & moderandis debeat in Romana curia coram nobis, ſeu Magnifico D. noſtro in criminalibus locumtenẽte per ſe ipſum, & non per procuratorem, ſeu excuſatorem aliquẽ comparuiſſe, & ſe præſentaſſe, & ſe à prædictis criminibus excul-paſſe. Alioquin &c.

Aliud
Pro libertatis donatæ conſeruatione.

HIERONYMVS &c. vniuerſis &c. Stetit hodie coram nobis A. & expoſuit, quòd cum ſub aſpero ſeruitutis iugo iamdiu

permanſerit, nouiſsimè uerò ad officium Illuſtriſsimi Senatus almæ Vrbis, illiusq; Conſeruatores in Romano Capitolio confugerit, libertatemq; acclamauerit, & ab eis ex diurno, & inconcuſſo hactenus inſtituto, per plures Romanos Pontifices, & demum per fe. re. Pium Quintum confirmato, & approbato libertate donatus, ac liber homo effectus fuerit; prout in literis patentibus illi ab eiſdem illuſtriſsimis conſeruatoribus conceſsis, ac ſigillo dicti ſenatus munitis, per nos uiſis, & perlectis latius apparet; Et idcirco in uim dictæ libertatis ſibi donatæ poſsit quouis gentium liberè pergere, ac omnia facere, quæ ſui iuris homines facere conſueuere. Nihilominus, ad omne tollendum impedimentum, quòd ſibi indebitè fortaſſe præſtari poſſet, nobis ſupplicauit, quatenus ſuæ indemnitati conſulere quantum in nobis eſt dignaremur. Nos igitur huic ſupplicationi; à ratione non diſſonæ annuentes uobis committimus &c. moneatis &c. omnes, & ſingulos, quibus præſentes noſtræ præſentabuntur, cuiuſcunque nominis, cognominis, & patriæ fuerint, & quacunque perfulgeant dignitate, auctoritate, & poteſtate; quatenus &c. ſub mille ducatorum &c. debeant ab omnibus moleſtationibus, & impedimentis, eidem A. ſuper dicta libertate, ut præfertur, ſibi denota quomodocunque, & qualitercunque præſtitis, ac in poſterum præſtandis omnino deſtitiſſe, præfatamq; A. libertate, ſibi conceſſa pacificè, & quiete frui, & uti, & quocunque uoluerit pergère, res, & bona ſua liberè, & abſque aliquo ſeruitutis obſtaculo adminiſtrare, emere, uendere, donare, contrahere, in iudicio, & extra ſtare, teſtamentum condere, & ea alia omnia facere, & exequi, quæ quilibet ingenuus liber, & ſui iuris facere poteſt permiſiſſe, ac in libertate eiuſmodi manutenuiſſe, atque manuteneri curaſſe. Præterea inhibeatis &c. ne A. ſuper dicta libertate, rerum, bonorumq; adminiſtratione, aliisq; præmiſsis moleſtare, perturbare, ſeu impedire, aut aliquid contra præſentes noſtras innouare, uel attentare quouis ſub prætextu &c. Alioquin &c.

Aliud
Pro exequutione literarum reuocationis priuilegiorum, quòd fructus primi anni cedant Capitulo.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Exhibitæ hodie nobis fuerunt ex parte A. cui nuper per obitum quondam N. de beneficio

beneficio &c. apoſtolica auctoritate prouiſum extitit; literæ apo-ſtolicæ ſe. re. Pij Papæ Quinti reuocationis priuilegiorum, & ſta-tutorum; quòd fructus beneficiorum primi anni, aut alterius tẽ-poris cedant capitulo, uel alij loco hoc ſub tenore Pius &c.inſeran tur literæ.. Poſt quarum præſentationem requiſiti de iuris oppor tuno remedio nomine prædicti A. qui nobis expoſuit aſſertos præ-nominati quondam N. hæredes, & creditores, ipſum ſuper inte-gra, & libera fructuum dicti beneficij perceptione contra literarũ præinſertarum formam impedire, & moleſtare uelle ſeſe iactaſſe; Vobis cõmittimus &c. moneatis &c. prædictos aſſertos hæredes, & creditores, omnesq; alios &c. quatenus infra ſex &c. ſub mille &c. debeant ab omnibus moleſtationibus, & impedimentis eidem exponenti, illiusq; agentibus, & procuratoribus ſuper integra, & libera fructuum & reddituum omnium dicti beneficij cuiuſuis ſta tuti, aut conſuetudinis prætextu, uel alio quouis quæſito colore il-latis, uel inferri minatis, ac ab inferendis in poſterum omnino de ſtitiſſe; illosq; libere percipere, & leuare permiſiſſe; prædictisque apoſtolicis literis, & noſtris huiuſmodi paruiſſe. Præterea inhibea tis &c. Alioquin &c.

Aliud
Vigore breuis de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Nuper nobis ex parte ma gnifici d. N. Sanctisſimi d. Noſtri Papæ, ac reuerendæ Came ræ Apoſtolicæ Commiſſarij generalis, ac Reuerendi d. A. prouiſi apoſtolici pro ſuo intereſſe literæ apoſtolicæ Sanctisſimi D. Noſtri Gregorij Papæ XIII. in forma breuis, ſub annulo piſcatoris expe ditæ præſentatæ fuerunt hoc ſub tenore. A tergo. Dilectis filijs &c. Intus autem. Gregorius &c. Poſt quarum receptionem nomine dicti d. Commiſſarij, & d. A. principalis de efficacis defenſionis præſidio, & iuris opportuno remedio requiſiti. Conſtito prius no bis per teſtes fidedignos, noſtro de mandato examinatos omnia, in præinſertis literis contenta ueritate niti. Vobis cõmittimus &c. quatenus ſtatim &c. ſub mille &c. prædictum Archidiaconum N. collegam noſtrum in realem, actualem, & corporalem beneficij in prædictis literis nominati, ac illi forſan annexorum, iuriumq;, mẽ-

brorum,

brorum,& pertinentiarum ſuorum quorumcunque poſſeſſionem induceatis, & immittatis; per eum prælibiti Sanctiſsimi,ac Cameræ apoſtolicæ nomine capiendam, & retinendam, & ſubinde prædicto A. ſi, & poſtquàm apoſtolicas literas prouiſionis eiuſdem beneficij ſub plumbo legitimè præſentauerit expeditas conſignandá, inductumq; manuteneatis,& defendatis, ac quoſcunque illius detentores,& in eo intruſos,ſeu intrudendos,non tamen auctoritate Apoſtolica prouiſos realiter,& cum effectu expellatis,et reiiciatis, ut nos etiam harum ſerie amouemus, ipſiq; Archidiacono de omnibus, et ſingulis fructibus,redditibus &c. dicti beneficij, et annexorum, ut ſupra conſeruandis,et tradendis,integrè per quos opus fuerit reſponderi curaſſe,et mandaſſe;et ab aliquo ſuper poſſeſsionis eiuſmodi adeptione,et fructuum perceptione minimè moleſtari permiſiſſe iuxta earundem apoſtolicarum literarum formam, et diſpoſitionem. Præterea literarum ipſarum exequutione non retardata,et quatenus opus ſit moneatis &c. omnes, et quoſcunque in dicto beneficio intruſos, et forſan intrudendos, & quoſcunque moleſtantes, et moleſtiam inferre uelle iactantes, ac ad quos fructuum eiuſdem beneficij ſolutio, et traditio ſpectat,omneſq; alios &c. quatenus infra ſex &c.ſub eiſdem pœnis &c.debeant ab huiuſmodi intruſione,et occupatione, ac moleſtationibus,et impedimẽtis,eidem Archidiacono, collegę noſtro præmiſſorum cauſa utcunque illatis,ac inferri minatis omnino ceſſaſſe,et de omnibus fructibus &c. per eos et eorum quemlibet ex dicto beneficio, & illi annexis quomodolibet perceptis, et qui percipi potuerunt, ac in futurum uſque in diem effectualis poſſeſsionis dicti beneficij dimiſsionis dicto Archidiacono ad effectum antedictum integrè, et nulla mora interpoſita reſpondiſſe; ſi extant, ſin autem de illorum uero pretio, et ualore ad rationem quanti plurimi ſatisfeciſſe, præinſertisq; apoſtolicis,et pręſentibus noſtris literis per omnia paruiſſe, et de paritione nos infra terminum infradicendum legitimè certiores feciſſe. Alioquin præfatos,ſic monitos,et requiſitos ſi mandatis noſtris huiuſmodi et monitionibus in omnibus obtemperare diſtulerint, contradictoresq; omnes,rebelles, et moleſtatores,in exequutione pręſentium nominãdos citetis &c. quatenus quadrageſima die &c.compareat &c.ad uidendum ſe excommunicationis,aliasq; ſententias,cenſuras, et pęnas prædictas incidiſſe, et incurriſſe declarari,ac aliàs ad omnes, et ſingulos actus, et

ter-

terminos neceſſarios gradatim uſque ad ſententiam, ac ſententiarum, pœnarum, & cenſurarum prædictarum aggrauationem, & reaggrauationẽ, brachiiſq; ſecularis inuocationem procedi citatorum contumacia, ſeu abſentia in aliquo non obſtante. Abſolutionem uerò à præmiſsis nobis, uel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus. In quorum &c.

Aliud
Vigore breuis in literarum fauorem expediti.

HIERONYMVS &c. Reuerendiſsimo DD. Epiſcopo N. eiuſque in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario generali, omnibusque, & ſingulis, ad quos traditio poſſeſsionis infraſcripti beneficij, & fructuum conſignatio pertinet; vniuerſis quoque &c. literæ Apoſtolicæ Sereniſsimi D. noſtri Gregorij Papæ XIII. in forma breuis ſub annulo Piſcatoris expeditæ ex parte Reuerendi D. N. nuper nobis prẹſentatæ fuerunt; quarum hic eſt tenor. A tergo. Dilectis filiis &c. Intus verò. Gregorius &c. Poſt quarum præſentationem de opportuno iuris remedio, ac efficacis defenſionis præſidio verbis prænominati A. pro niſi Apoſtolici requiſiti, exhibitis nobis literis Apoſtolicis, ſub plumbo, ut moris eſt, expeditis in prẹinſerti breuis fauorem, ac conſtito nobis per teſtes fide dignos, de mandato noſtro examinatos contenta in dicto breui vera eſſe. Vobis cõmittimus &c. quatenus ſub mille ducatorum &c. præfatum A. principalem, uel eius procuratorem legitimum in realem &c. beneficij, in prẹinſertis literis nominati, ac illi forſan annexorum &c. poſſeſsionem inducatis, & immittatis, immiſſumq; manuteneatis & defendatis, ac quoſcunque illius detentores, & in eo intruſos, ſeu intrudendos, non tamen Apoſtolica auctoritate prouiſos expellatis &c. ſequere, ut in præcedenti forma mutatis mutandis.

Inſtrumentum remiſſoriæ.

HIERONYMVS &c. Magnificus D. Poteſtati terræ N. ſalutem in Domino. Cum A. in cauſa inter eum ex vna parte, & B. ex altera ſuper domo ſita in ciuitate N. coram nobis vertente, & in qua ad nonnullos actus, citra tamen concluſionem eſt proceſſum, teſtes aliquos iſthic degentes pro fundamenti intentionis

ſuæ

ſuæ verificatione ſuper articulis pro eius parte nobis exhibitis examinari facere, ac certa iura extrahere intendat; ad illius inſtantiã prædictum B. ad dicendum contra ſupradictos articulos, & excipiendum quicquid voluerit, videndumq; illos ad probãdum iſthic admitti, remiſsionemq; deſuper concedi, nec non iudicem, coram quo, & locum in quo, & loci locum, ac terminum infra quem negocium remiſsionis huiuſmodi expediri debeat ad certum terminũ citari mandauimus. Quo adueniente in contumacia prædicti B. citati, & non comparentis ad vlteriorem ipſius A. inſtantiam articulos præfatos ad iſthic probandum admiſimus, teque poteſtatem N. in iudicem, coram quo, & terram N. pro loco, in quo, & palatium tuę reſidentiæ in locum loci ad præmiſſa expedienda deputauimus, inſtrumentumque remiſsionis conceſsimus, ut deputamus & concedimus harum ſerie. Quocirca tibi committimus &c. quatenus &c. omnes, & ſingulos teſtes, literas, ſcripturas, inſtrumenta, & alia quæcunque probationum genera, quæ ex parte dicti A. coram te produci contigerit ſuper poſitionibus, & articulis reſpectiuè, quos ſibi ſub ſigillo noſtro, in huius remiſſoriæ rotulo incluſos tranſmittimus infra duos menſes poſt harum tibi faciendum præſentationem, in dicta terra N. in prædicto palatio fideliter recipias ac teſtes ipſos iuxta interrogatoria, ſibi nomine B. exhibenda, ſecus iuxta diſcretionem tuam diligenter examines, aut per notarium publicum, & fidelem, ad hæc à te deputandum examinari cures. Si vero B. teſtes reprobare voluerit; teſtes, ſuper reprobatione huiuſmodi coram te inducendos infra alium menſem poſt dictos duos modo ſimili ac ubi ſupra iuxta interrogatoria, ſi quæ A. exhibuerit, alio qui ſecundum prudentiam tuam examines, aut examinari mandes. Teſtiumque utriuſque partis depoſitiones, & dicta clauſa, & ſigillo tuo munita, vna cum inſtrumentis, iuribus, & aliis ſcripturis quibuſcunque, in publicam formam redactis ad nos tranſmittas. Teſtes, ſe examine ſubiicere, ac ſcripturas exhibere nolentes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & pecuniarias appellatione poſtpoſita compellendo. In quorum fidem &c.

Rotulus remiſſoriæ.

ROTVLVS remiſſoriæ in cauſa coram Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Hieronymo Matthæio &c. ſiue eius Reuerend. P.D.

P.D.locumtenente,inter A.agentem ex una, & B. ſuper &c.rebuſque aliis &c.partibus ex altera pendenti citato præfato B.ad inſtãtiam A.decretæ.In quo articuli pro parte dicti A. exhibiti inferius inſerti ſunt,uidelicet.Poſitiones &c.

Inſtrumentum Prorogationis termini remiſſoriæ.

HIERONYMVS &c. Magnifico D. Poteſtati terræ N.ſalutem in domino.Non te fugit nos dudum inſtrumentum remiſſoriæ pro examinandis iſthic nonnullis teſtibus in cauſa coram nobis inter A.agẽtem ex vna,& B.ex altera parte ſuper domo &c. rebuſque aliis &c.pendenti ſuper articulis tibi per nos tranſmiſsis ad inſtantiam prædicti A.conceſsiſſe, & te in iudicem coram quo; ac terram N.in locum,in quo,& palatium tuæ reſidentiæ in loci locum cum termino duorum mẽſium ad negocium remiſsionis huiuſmodi exequendum deputaſſe.Hodie uerò ,cum ob feſtorum Paſchatis reſurrectionis Domini ſuperuenientiam , ac alia legitima impedimenta (vt verbis prædicti A.ad nos eſt allatum)ad examinis,& remiſſoriæ expeditionem deueniri nequiuerit,ad vlteriorem A.inſtantiam citato B. & contumace reputato ex cauſis antedictis,ac aliis animum noſtrum mouentibus terminum prædictum, à nobis alias conceſſum ad alium menſem , à die harum noſtrarũ literarum præſentationis computandum prorogauimus,ſeu,quatenus lapſus ſit,denuo conceſsimus , ut prorogamus , ſiue iterum harum ſerie concedimus. In quorum fidem &c.

Aliud Reſponſionis ad articulos,de partibus tranſmiſſos.

HIERONYMVS &c. Nouerint vniuerſi præteritis hiſce diebus literas Magnifici D.Poteſtatis terræ N.hortatorias,& requiſitorias ſub datum,&c.vna cum quibuſdam articulis incluſis ex parte A.nobis exhibitas fuiſſe . Quas ad prædicti A. inſtantiam aperuimus, & in illarum exequutionem B.dicti A. aduerſarium,in eis nominatum ad reſpondendum articulis prædictis per uerbum

credit, uel non credit monuimus. Qui monitus medio iuramento ſingulariter ſingulis reſpondit, ut in articulorum huiuſmodi margine, quos una cum præſcriptis hortatoriis literis tibi remittimus, continetur. In quorum &c.

Aliud

Admiſsionis per procuratorem.

HIERONYMVS &c. Innoteſcat uniuerſis nos alias inſtante magnifico d. N. fiſci Sanctiſsimi d. noſtri Papæ, & Cameræ apoſtolicæ procuratore fiſcali A. ob literarum apoſtolicarum contrauentionem ad perſonaliter coram nobis comparendum monuiſſe. Nuper autem B. prædicti A. procuratorem ante nos comparuiſſe & monitoriũ, à nobis decretum nullitatis uitio ſubiacere, cum nulla adſit contrauentio ex pluribus deductis capitibus allegaſſe; & ob id prædictum monitorium reuocari, uel ſaltem A. ad ſuas faciendum defenſiones per procuratorem admitti poſtulaſſe. Quodq; nos præfatum procuratorem fiſcalem pluries, & præſertim ad terminum infraſcriptum ad uidendum A. per procuratorem admitti citari mandauimus. Quo adueniente in procuratoris fiſcalis contumaciam non comparentis, nec releuans quid opponentis dictum A. per procuratorem ad ſuas faciendum defenſiones, & pro eius procuratore dictum B. admittendum, & audiendum duximus, ut harum ſerie admittimus. In quorum fidem &c.

Aliud

Prorogationis termini ad comparandum.

HIERONYMVS &c. Non prætereat uniuerſos, quòd nos inſtante magnifico d. Sanctiſsimi d. noſtri Papæ, & Cameræ apoſtolicæ fiſci procuratore generali A. ob crimen, ab eo in partibus commiſſum ad perſonaliter coram nobis omnino intra quindecim dierum ſpatium comparuiſſe. Subſequenter autem comparuit corã nobis B. dicti A. procurator, & allegauit ipſum A. eſſe procuratorem generalem Reuerendiſsimi Archiepiſcopi N. nunc in carceribus caſtri ſancti Angeli conſtituti, & in negociis eccleſiæ N. præ-

ſertim

ſertim in cultum diuinum concernentibus ualde impeditum, ac ſeptuagenarium, & infirmum, & ideo niſi ſine maxima difficultate, ob loci diſtantiam, & magno cum periculo ad vrbem, ſe conferre poſſe: poſtulans propterea terminum, ſuo principali ad comparendum conceſſum prorogari. Hos itaq; ex cauſis prænarratis, ac aliis animum noſtrum mouentibus terminum prædictum ad alios quindecim dies prorogauimus, & quatenus lapſus ſit, aliũ iterum conceſsimus; ut harum ſerie prorogamus, & concedimus. In quorum fidem &c.

Aliud

Sententiæ diffinitiuæ.

HIERONYMVS &c. Nouerint Vniuerſi; quòd aliàs introducta coram nobis uia ordinaria lite, & cauſa inter A. ex una parte, & B. ex altera in prima inſtantia ſuper certæ pecuniarũ ſummæ reſtitutione rebusq; aliis &c. In cauſa ipſa ad omnes, & ſingulos actus, & terminos neceſſarios ritè, & legitimè proceſſo, exhibitis iuribus, examinatis teſtibus, citatis citandis, uerificatis uerificandis, ac alijs ſeruatis de iure ſeruandis. Tandem citato B. ad concludendum, & audiendum ſententiam diffinitiuam reuerẽdus pater d. N. noſter in ciuilibus locumtenens, cognitis per eum, ac maturè diſcusſis cauſæ meritis ſuam in ſcriptis tulit, & promulgauit diffinitiuam ſententiam huiuſmodi ſub tenore. Chriſti nomine inuocato &c. lecta, lata, & in ſcriptis promulgata fuit præinſerta diffinitiua ſententia Anno &c. In quorum fidem &c. Datum &c.

Aliud

Sententiæ declaratoriæ.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Aliàs pro parte reuerendæ Cameræ apoſtolicæ, illiusq; magnifici d. Commiſſarij, ac d. A. prouiſi apoſtolici principalis pro ſuo intereſse præſentatis nobis apoſtolicis literis mandati de capiendo poſsesſionem beneficij N. dictæ Cameræ nomine, in forma breuis ſub annulo piſcatoris expeditis, & in illarum exequutionem monitorialibus literis ad

partes decretis, & contra B. in dicto beneficio intruſum legitimè exequutis, & in actis reproductis, & pro earundem Apoſtolicarum literarum uerificatione exhibitis ad inſtantiam eiuſdem Commiſſarij, ac A. pro ſuo intereſse in cauſa comparētis poſitionibus & articulis, illiſq; citato N. dicti B. procuratore, ad hunc, & ad omnes alios actus, in hac cauſa factos, admiſsis, ac teſtibus fide dignis ſuper eis examinatis, ac aliis ſeruatis ſeruādis, & uerificatis uerificandis. Tandē quia dictus B. dictis monitorialibus, ac apoſtolicis literis parere neglexit, & negligit contra eū, citato iterum dicto N. procuratore ſuo declaratoriam ſententiam Reuerendus pater d. N. noſter in ciuilibus locumtenens uiſis uidendis, & conſideratis conſiderandis ad fauorem dictæ Cameræ in ſcriptis tulit, & promulgauit. cuius hic eſt tenor. De iuris peritorum conſilio &c. Quam ſententiam, & omnia in ea contenta uobis intimamus, & notificamus. Vobiſq; committimus &c. ſub mille ducatorum &c. quatenus &c. eundem A. ſic excommunicatum, et declaratum in ueſtris eccleſiis, monaſteriis, et capellis, aliiſve locis publicis publicè nuncietis, ac ab aliis nunciari, et ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari faciatis, et mandetis donec aliud à nobis, uel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. Lecta, lata &c. In quorum fidem &c. Datum &c.

Aliud

Subdelegationis iudicis pro fructibus liquidandis.

HIERONYMVS &c. Reuerendo d. Priori eccleſiæ N. iudici per nos ad infraſcriptum negocium exequendum ſubdelegato ſalutem, & in commiſsis diligentiam debitam. Non te fugiat, quòd aliàs declaratoriam ſententiam ad inſtantiam A. Apoſtolica auctoritate de beneficio N. prouiſi contra B. in dicto beneficio intruſum ob non dimiſsionem poſſeſsionis illius, ac fructuum à die obitus quondam N. illius ultimi poſſeſſoris decurſorum, & in futurum uſque in diem realis dimiſsionis decurrendorum non reſtitutionem & literarum apoſtolicarum mandati de capiendo eiuſdem beneficij poſſeſsionem, ſub annulo piſcatoris expeditarum nobis exhibitarum, ac monitorialium per nos in illarum exequutionem

tionem conceſſarum,& aduerſario intimatarum,& in actis reproductarum nō paritionem, ſeruatis de iure ſeruandis, ac uerificatis uerificādis in ſcriptis tulimus,& promulgauimus; ut in noſtris inde confectis literis latius habetur. Poſt cuius ſententiæ prolationem pro illius omnimoda exequutione à præfato A. requiſiti, ad eius inſtantiam N. dicti B. procuratorem ad uidendum per nos iudicem aliquem in partibus pro fructuum antedictorum, ac expenſarum iſthic factarum liquidatione ſubdelegari, ac locum, & locū loci eligi, inſtrumentumq; ſubdelegationis deſuper opportunum per nos concedi, citari fecimus. Cuius citationis termino adueniente in dicti N. procuratoris non comparentis contumaciam te Priorem N. in iudicem ad liquidandum,& liquidari curandum fructus, & expenſas prædictas ſubdelegauimus, & in locum, ciuitatē N. & in locum loci eccleſiam N. in quibus hæc liquidatio fieri debeat elegimus. Quocirca tibi cōmittimus ſub mille ducatorū &c. quatenus &c. omnes,& ſingulos fructus &c. & emolumenta quæcunque dicti beneficij, à die obitus prædicti quondam N. decurſos, & in futurum uſque in diem actualis dimiſſionis poſſeſſionis dicti beneficij decurrendos, ac expenſas, ex parte dicti A. in hiſce partibus factas, citato ad hæc omnia dicto B. ſi in prædicta ciuitate interfuerit, alioqui affixis copiis citationum ad ualuas prænominatæ eccleſiæ, in locum loci electæ, in loco, & loci loco, ut præfertur, deputatis liquides,& liquidationem debitā facias, & deſuper omnes,& ſingulos teſtes coram te nomine A. inducendos recipias, & iuxta interrogatoria, tibi pro parte B. exhibenda, ſecus iuxta diſcretionem tuam præuio iuramento examines, uel per notarium publicum examinari cures. Ipſorumq; depoſitiones,& dicta, in ſcriptis fideliter redacta, iuraq; ſcripturas, libros,& alia quæcunque munimenta pro liquidatione eiuſmodi neceſſaria capias, & extrahas ſeu extrahi facias, proceſſumq; ſuper hac liquidatione faciendum in publicam, & autenticam formam occluſum, & obſignatū ad nos tranſmittas. Teſtes examini ſubiicere, ac ſcripturas exhibere negligentes per pecuniarias pœnas, & denique per cenſuras eccleſiaſticas cogendo. In quibus omnibus exequendis uices, & uoces noſtras tibi committimus per præſentes. In quorum fidem &c.

Aliud Reintruſionis in priſtinas cenſuras.

HIERONYMVS &c. vniuerſis &c. Excommunicationis, aliasq; eccleſiaſticas cenſuras, ſententias, & pœnas in literis apoſtolicis mandati de capiendo poſſesſionem reuerendæ Cameræ apoſtolicæ nomine beneficij N. in forma breuis ſub annulo piſcatoris expeditis, ac monitorialibus, per nos in illarum exequutionem decretis contentas, ob earum non paritionem B. in dicto beneficio intruſum ad inſtantiam prædictæ Cameræ apoſtolicæ,& A. prouiſi apoſtolici pro ſuo intereſſe incidiſſe, & incurriſſe declarauimus. Poſt hæc uerò eundem B. habita ab eo promisſione de literis antedictis intra certum breuem terminum obediendo ab illis cum reincidētia ad beneplacitum noſtrum abſoluimus. Et quia ipſe B. ne dum in tempore promiſſo, uerū etiam poſt multos dies poſtea id adimplere neglexit, eum ad hoc citatum, & à nobis contumacem reputatum ad ulteriorem dictæ Cameræ, & præfati A. inſtantiam in priſtinam excommunicationem,& cenſuras reintruſimus; ut harum ſerie reintrudimus. Quocirca uobis committimus &c. quatenus eundem B. ſic reintruſum in priſtinam excommunicationem, & cenſuras in ueſtris eccleſiis &c. ſequere ut in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.

Aliud Appellationis.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd hodie comparuit coram nobis A. & à quodam prætenſo decreto mandati de manutenendo in poſſesſione domus ſitæ &c. illiusq; relaxatione, nuper ad inſtantiam cuiuſdam B. per nos, ipſo minimè, uel ſaltem non legitimè, ut dixit, citato; facto & emanata, alijsq; grauaminibus, ſibi, ut prætendit, illatis; in cedula appellationis expresſis ad Sanctisſimum d. noſtrum Gregorium Papam XIII. eiusq; ſanctam ſedem Apoſtolicam facto, realiter, & in ſcriptis prouocauit, & appellauit, Apoſtolosq; ſibi dari petiit, aliasq;, & alia fecit, & dixit, ut in appellationis cedula, quam exhibuit tenoris ſe-

ſequentis. licet &c. Quam accepimus, & legimus,& prædicto A. appellanti, Apoſtolos teſtimoniales conceſſimus, ut concedimus harum ſerie. Quæ omnia &c. In quorum fidem &c.

Aliud

Repoſitionis.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd nos aliàs ad inſtantiam A. in cauſa, coram nobis inter eum, & B. ſuper domo ſita &c. vertente literas remiſſoriales ad partes pro teſtibus examinandis conceſſimus, & in illis Poteſtatem terræ N. in iudice pro negocio remiſsionis exequendo deputauimus. Hodie autem ſtetit ante nos dictus B. & Poteſtatem prædictum pro ſuſpecto allegauit,& ideo à deputatione eiuſmodi in ſcriptis appellauit, ut in cedula, quam nobis exhibuit, cuius hic eſt tenor. Quamuis &c. Qua quidem appellatione per nos, ſe, & inquantum de iure admitti debeat admiſſa eundem B. in eum,in quo erat ante ſupradictam, à nobis factam Poteſtatis N. deputationem, ſtatum, & locum animo melius ſuper hoc deliberãdi repoſuimus,& redintegrauimus, ut harum ſerie reponimus, & redintegramus. Quæ omnia &c. In quorum fidem &c.

Aliud

Remiſſionis cauſæ.

HIERONYMVS &c. Nouerint vniuerſi,quòd nos hodie cauſam, coram nobis nuper uia ordinaria ſuper uinea ſita &c. ad inſtantiam A. contra B. introductam; quia ſummam quadraginta ducatorum, ut à B. accepimus, non excedit, citato dicto A. ad ipſius B. requiſitionem, ac non comparente, & à nobis contumace reputato ad partes remiſimus, ut harum ſerie remittimus. Quæ omnia &c.

Aliud

Aliud
Reintruſionis in priſtinas cenſuras.

HIERONYMVS &c. vniuerſis &c. Excommunicationis, aliasq; eccleſiaſticas cenſuras, ſententias, & pœnas in literis apoſtolicis mandati de capiendo poſſeſsionem reuerendæ Cameræ apoſtolicæ nomine beneficij N. in forma breuis ſub annulo piſcatoris expeditis, ac monitorialibus, per nos in illarum exequutionem decretis contentas, ob earum non paritionem B. in dicto beneficio intruſum ad inſtantiam prædictæ Cameræ apoſtolicæ,& A. prouiſi apoſtolici pro ſuo intereſſe incidiſſe, & incurriſſe declarauimus. Poſt hæc uerò eundem B. habita ab eo promisſione de literis antedictis intra certum breuem terminum obediendo ab illis cum reincidētia ad beneplacitum noſtrum abſoluimus. Et quia ipſe B. ne dum in tempore promiſſo, uerū etiam poſt multos dies poſtea id adimplere neglexit, eum ad hoc citatum, & à nobis contumacem reputatum ad ulteriorem dictæ Cameræ, & præfati A. inſtantiam in priſtinam excommunicationem,& cenſuras reintruſimus; ut harum ſerie reintrudimus. Quocirca uobis committimus &c. quatenus eundem B. ſic reintruſum in priſtinam excommunicationem, & cenſuras in ueſtris eccleſiis &c. ſequere ut in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.

Aliud
Appellationis.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd hodie comparuit coram nobis A. & à quodam prætenſo decreto mandati de manutenendo in poſſesſione domus ſitæ &c. illiusq; relaxatione, nuper ad inſtantiam cuiuſdam B. per nos, ipſo minimè, uel ſaltem non legitimè, ut dixit, citato; facto & emanata, alijsq; grauaminibus, ſibi, ut prætendit, illatis, in cedula appellationis expresſis ad Sanctisſimum d. noſtrum Gregorium Papam XIII. eiusq; ſanctam ſedem Apoſtolicam facto, realiter, & in ſcriptis prouocauit, & appellauit, Apoſtolosq; ſibi dari petiit, aliasq;, & alia fecit, & dixit, ut in appellationis cedula, quam exhibuit tenoris ſe-

ſequentis. licet &c. Quam accepimus, & legimus, & prædicto A. appellanti, Apoſtolos teſtimoniales conceſſimus, ut concedimus harum ſerie. Quæ omnia &c. In quorum fidem &c.

Aliud Repoſitionis.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd nos aliàs ad inſtantiam A. in cauſa, coram nobis inter eum, & B. ſuper domo ſita &c. vertente literas remiſſoriales ad partes pro teſtibus examinandis conceſſimus, & in illis Poteſtatem terræ N. in iudicē pro negocio remiſsionis exequendo deputauimus. Hodie autem ſtetit ante nos dictus B. & Poteſtatem prædictum pro ſuſpecto allegauit, & ideo à deputatione eiuſmodi in ſcriptis appellauit, ut in cedula, quam nobis exhibuit, cuius hic eſt tenor. Quamuis &c. Qua quidem appellatione per nos, ſe, & inquantum de iure admitti debeat admiſſa eundem B. in eum, in quo erat ante ſupradictam, à nobis factam Poteſtatis N. deputationem, ſtatum, & locum animo melius ſuper, hoc deliberādi repoſuimus, & redintegrauimus, ut harum ſerie reponimus, & redintegramus. Quæ omnia &c. In quorum fidem &c.

Aliud Remiſſionis cauſæ.

HIERONYMVS &c. Nouerint vniuerſi; quòd nos hodie cauſam, coram nobis nuper uia ordinaria ſuper uinea ſita &c. ad inſtantiam A. contra B. introductam; quia ſummam quadraginta ducatorum, ut à B. accepimus, non excedit, citato dicto A. ad ipſius B. requiſitionem, ac non comparente, & à nobis contumace reputato ad partes remiſimus, ut harum ſerie remittimus. Quæ omnia &c.

Aliud

Reuocationis ſequeſtri.

HIERONYMUS &c. Nouerint uniuerſi quòd nos hodie ſequeſtrum ad inſtãtiam A. ſuper fructibus beneficij N. quod B. poſsidet pro ducatis quinquagintã per eundem B. ipſi A. cauſa terminorum decurſorum penſionis annuæ ducatorũ uigintiquinque ſimilium ſuper prædictis fructibus apoſtolica auctoritate reſeruatæ præuio mandato exequutiuo, per nos relaxato, aliàs conceſſum, de conſenſu ipſius A. in actis præſtito reuocauimus, & relaxauimus, ut harũ ſerie reuocamus, & relaxamus. Quæ omnia &c. In quorum fidem &c.

Aliud

Reuocationis exequutionis.

HIERONYMUS &c. Atteſtamur uniuerſis; quòd nos aliàs mandatum exequutiuum ui inſtrumenti, per N. notarium publicum celebrati, nobis exhibiti pro ſcutis N. ad inſtantiam A. contra B. relaxauimus. Nuper uerò ſtetit ante nos B. & aduerſario de ſumma ab eo petita ſatisfeciſſe aſſeruit, & ad id uerificãdum aduerſarij manu ſubſcriptas partis debiti receptiones, & pro alia parte teſtes eiuſdem aduerſarij confeſsiones ſcientes produxit, petens propterea mandatum aſſertum reuocari, inſtrumentum prędictum caſſari, & aduerſarium in expenſis condemnari mandari. Nos igitur uiſis dictis receptionibus, ac teſtibus formiter, & aduerſario citato, ſuper articulis in actis exhibitis examinatis, & ſolutione plenè probata; citato iterum ad infradicenda dicto B. & contumace reputato ipſum in expenſis condemnauimus, mandatum prædictum reuocauimus, & inſtrumentum caſſari mandauimus, ut harum ſerie condemnamus, reuocamus, & caſſari mandamus. Quæ omnia &c.

Aliud
Examinis teſtium.

HIERONYMVS &c. Notum facimus uniuerſis; quòd nuper A. principalis ad perpetuam rei memoriam hos articulos exhibuit. Poſitiones &c. Quos deinde ad ulteriorem prædicti A. inſtantiam citatis per audientiam publicam literarum contradictarum quibuſcunque ſua quomodocunque intereſſe putantibus ad probandum admiſimus, & ſuper illis per notarium noſtrum infraſcriptum teſtes quoſdam, ab eodem A. inductos, præuio iuramento de ueritate omnino dicenda per eos præſtito, examinari mandauimus. Qui examinati medio iuramento depoſuerunt, & dixerunt, ut ſequitur. Die &c. Examinatus &c. Quibus quidem depoſitionibus, & dictis, per nos publicatis tandem inſtante eodem A. præſens inſtrumentum decreuimus, & fieri mandauimus. In quorum fidem &c.

Aliud
Atteſtationis uitæ.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd nos requiſiti ad inſtantiam A. qui ſe hodie nobis ſanum, & incolumẽ, deambulantemque, & alios actus ueram ſanitatem indicantes facientem oſtendit, de ipſius A. ſuperuiuentia eiuſmodi teſtimoniũ publicè dicimus, & eundem A. in humanis agere, ac ſanum eſſe, & incolumem atteſtamur, & fidem indubiam harum ſerie facimus. In quorum fidem &c.

Aliud
Simile per teſtes.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd hodie teſtes quondam fide dignos ad inſtantiam A. ſuper eius ſuperuiuentia, & uita per noſtrum notarium examinari mandauimus. Ex quorum depoſitionibus eundem A. in rerum natura uiuum, ſa

num, & incolumē eſſe, ac in Romana curia reſidere conſtitit; & ueritati teſtimonium perhibendo de his fidem facimus, & atteſtamur. In quorum fidem &c.

Aliud Intimationis litis.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Vendidit aliàs A. domum ſitam &c. cum omnibus membris &c. B. pro pretio &c. & promiſit rem uenditam eſſe liberam, & immunem omni penſione, & onere, & benè, ac legitimè uenditam, & non alteri obligatam, nec affectam, & ut talē defendere, & facere conſentire omnē, perſonalē ſuper ea ius habere prætendentē, & ſuſcipere in ſe omnē litem, ſi quæ inferretur, & aliàs ut in inſtrumento, per N. recepto, & in actis noſtri notarij infraſcripti exhibito apparet. Poſtea uerò pro parte N. principalis fuit cōmiſsio per unum ex Sanctiſsimi d. noſtri Papæ præſentata; cuius tenor hic eſt. Beatiſsime pater &c. Poſt cuius præſentationem, pro illius uerificatione nonnulla iura, & munimenta contra eundem B. exhibita, & ad quoſdā actus proceſſum extitit, & ſic illi ſuper dicta domo moleſtationes, & inquietationes præſtitæ fuere. Quare pro eiuſdem B. parte de iuris opportuno remedio requiſiti uobis committimus &c. quatenus &c. præinſertam commiſsionem, nec non moleſtias eidem B. per dictū N. illatas, ac omnia, & ſingula præmiſſa, & infradicenda eidem A. uenditori intimetis, & notificetis, ac ad eius notitiam deducatis, ne de his ignorantiam prætendere, aut allegare poſsit: Ipſumq; A. ex aduerſo principalem citetis, & requiratis, quatenus debeat ipſi B. domum prædictam liberam, & alteri non obligatam manutenuiſſe, ac ſupradictum N. eum ſuper eadem domo moleſtantem conſentire feciſſe; litemq; ab eodem N. motā in ſe ſuſcepiſſe ſuis procuratoribus, & impenſis, illumq; à prædictis, & aliis quibuſcunque moleſtiis liberaſſe, ac expēſas, damna, & intereſſe, in huiuſmodi iudicio factas, & paſſa, & facienda, ac patienda ſoluiſſe, illaq; liquidari uidiſſe, aliaq; omnia adimpleuiſſe, ad quæ ex forma dicti inſtrumenti, uenditionis tenetur, aliàs contra eum ad ipſius inſtrumenti, & obligationis Cameralis, illi adiectæ exequutionem, ut magis eidem inſtanti expedire uidebitur, & rationis ordo ſuadebit procedi uidiſſe. In quorum fidem &c.

Aliud

Aliud
Extenſionis obligationis Cameralis.

HIERONYMVS &c. Nouerint uniuerſi; quòd nos ad inſtantiā A.citato ad infradicenda omnia per edictum publicum B. ab vrbe abſente obligationem in forma Cameræ in chyrographo nobis pro parte dicti A.exhibito, & per teſtes fide dignos recognito appoſitam iuxta ſtylum noſtræ curiæ,& clauſulas in forma Cameræ apoſtolicæ poni conſuetas extendi, ac publicum inſtrumentum chyrographi huiuſmodi per notarium noſtrum infraſcriptū confici mandauimus. Cuius chyrographi hic eſt tenor. Per la preſente &c.Pro quibus omnibus obſeruandis &c.Extende obligatione nem Cameralem in forma, cum iuramento, ſi in apoca aderit, ſin minus abſque iuramento extendas. Quibus omnibus, tanquàm ritè,& legitimè peractis noſtram, & dicti noſtri officij auctoritatē ordinariam,& iudiciariam pariter,& decretum interpoſuimus; ut interponimus per præſentes.In quorum fidem &c.

Mandatum exequutiuum.

HIERONYMVS &c. Reuerendo patri d.Gubernatori ciuitatis N.eiuſq; d.locumtenenti, ac aliis quibuſuis iudicibus, & officialibus, bariſellis quoque, exequutoribus, & iuſtitiæ miniſtris quibuſcunque Salutem &c.Moram fecit B.in ſolutione ſcutorum centum,ad quam tenebatur A. ex inſtrumento Camerali obligatione munito,in actis infraſcripti notarij noſtri recepto;& ideo contra eum per audientiam publicam literarum contradictarum citatum,& contumacem habitum ad prædicti A.inſtantiam mandatum hoc exequutiuum ui dictæ obligationis relaxauimus.Quocirca uobis omnibus committimus &c. quatenus præfatum B. ad integrè prædicto A.perſoluendum dicta ſcuta centum, una cum iuliis N.pro expenſis huius mandati per carcerationem eius perſonæ,ac bonorum illius ſubhaſtationem, & deliberationem compellatis &c. In quorum fidem &c.

Aliud
Loco cenſurarum, in obligatione ſuſceptarum.

HIERONYMVS &c. Reuerendo patri &c. Diſtulit B.ſatisfacere A.de ſcutis centum monetæ,ad quorum ſolutionem ſe inſtrumento, per N. notarium publicum recepto, & in actis noſtri infranominati notarij exhibito,camerali obligatione uallato obligauerat, & cenſuras omnes eccleſiaſticas, ſi tempore conuento in ſolutione defeciſſet contra ſe relaxandas ſuſceperat. Ob eamque rem mandatum hoc exequutiuum dictarum cenſurarum, ab eo in obligatione ſuſceptarum loco contra illum,citatum per audientiā literarum contradictarum,&contumacē reputatum,relaxauimus. Quocirca &c. ſequere ut in prædedenti forma.

Duplicatum mandati exequutiui, tempore præceſſoris Auditoris relaxati.

HIERONYMVS &c. Magnifico d. Poteſtati terræ N. &c. Relaxauerat Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus d. Alexander Riarius,noſterin officio præceſſor,nunc in ampliſsimum Cardinalium collegium adſcitus mandatum exequutiuum, cuius hic eſt tenor. Alexander &c.Nouiſsimè uerò à ſupranominato A.principali creditore requiſiti duplicatum hoc, per noſtrum notarium ſubſcriptum,& ſigillo Cameræ apoſtolicæ monitum conceſsimus. Datum Romæ &c.

Aliud ſimile.

HIERONYMVS &c. Magnifico d. Commiſſario caſtri N.&c. Conceſſerat ſub die &c.Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus d. Alexander Riarius S.R.E.Cardinalis,dum officium noſtrum gerebat mandatum exequutiuum d.A.aduerſus d. B. citatum tunc, & contumacem pro ſcutis centum, in quorum ſolutione tempore præſtituto moram fecerat. Nuperrime autem dicto A. inſtanti, & poſtulanti duplicatum hoc prænarrati mandati in prædictum

B.iterum citatum,& contumacem habitum relaxauimus. Quocirca &c. ſequere ut in forma mandati exequutiui.

Mandatum exequutiuum contra bona hæreditaria.

ILLVSTRISSIMO,& Reuerendiſsimo D. Cardinali N.prouinciæ Marchiæ Anconitanæ Apoſtolico legato, ac Magnifico D.Poteſtati terræ N.&c.Hieronymus &c.ſalutem &c.Interpoſuit quendam B.moram ſolutioni ſcutorum centum auri, ad quam in humanis agens inſtrumento,cameralem obligationem in ſe habenti per notarium &c.recepto A.ſe obligauerat.Et idcirco citatis N.& N.eiuſdem quondam B.hæredibus per audientiam literarum contradictarum,& contumacibus reputatis,mandatum hoc exequutiuum, in illius hæreditariis bonis exequendum dicto A. inſtanti conceſsimus,& relaxauimns,quocirca vos Illuſtriſsimum Cardinalem in domino hortamur, vobis verò omnibus aliis ſupradictis committimns &c.quatenus mandatum præſens in & ſuper bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus,actionibus, & debitorum nominibus quibuſcunque ad prædictum B. ſeu illius hæreditatem, vel hæredes prænominatos vtcunque ſpectantibus exequamini,ac debitæ de mandatis exequutioni: facientes per illorum ſubhaſtationem,deliberationem,uenditionem,ac alium quamuis canonicum modum, uobis magis bene viſum eidem A. vel eius legitimo procuratori de dictis ſcutis centum,ac expenſis præſentis mandati integrè ſatisfieri &c. In quorum fidem &c.

Mandatum exequutiuum cum excommunicatione in ſubſidium.

SERENISSIMO Principi,& D.D.Franciſco Medices magno Etrurię Duci,ac Magnifico D.Gubernatori ciuitatis N.eiuſq; locumtenenti,iudicibus &c. nec non Reuerendiſsimo dictæ ciuitatis Epiſcopo, eiuſque generali in ſpiritualibus Vicario vniuerſis quoque DD.Abbatibus &c.Hieronymus &c.ſalutem &c.neglexit B.ſoluere ſcuta centum auri in auro A. ad quæ erat in forma Ca-

meræ

meræ Apoſtolicæ per inſtrumentum receptorum &c.obligatus,& ob id contra eum legitimè citatum, & contumacem mandatum hoc exequutiuum relaxauimus,nec non in iuris ſubſidium, & ſi,& quatenus mandati exequutiui huiuſmodi realis,uel perſonalis cō-tra illum facilè fieri non poterit excommunicationis ſententiam in illum promulgauimus, & ſubſequenter eum illam incidiſſe, & incurriſſe declarauimus.Quocirca vos Sereniſsimum &c. vobis verò omnibus,temporalem iuriſdictionem exercentibus,committimus quatenus dictum B.carceribus mancipetis,eiuſque bona omnia capiatis,ſubhaſtetis,& deliberetis ac per hos,& alios quoſcunque canonicos modos,uobis magis bene uiſos ad ſoluendum integrè dicto A.uel eius legitimo procuratori dicta ſcuta centum,vna cum expenſis præſentis mandati cogatis,& cogi curetis. Vobis verò Reuerendiſsimo D.Epiſcopo,ſeu Vicario,omnibusq; aliis eccleſiaſtica iuriſdictione fungentibus committimus &c. quatenus in iuris ſubſidiū ac ſit,& quando mandatū exequutiuum huiuſmodi realiter,& perſonaliter,ut ſupra expreſſum eſt,exequi facilè nequiuerit,& non aliàs eundem B.vt ſupra excommunicatum,& declaratum in ueſtris eccleſiis,monaſteriis,& cappellis publicè nuncietis,& nunciari faciatis,ac ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari curetis,nec ceſſetis donec aliud à nobis, uel ſuperiore noſtro deſuper habueritis in mandatis. In quorum fidem &c.

Cedulonus, in pede annotandus.

D. B. ex aduerſo principalis hic authoritate Apoſtolica in iuris ſubſidium, ac in euentum, in quem mandati exequutiui, vt ſupra relaxati realis, perſonaliſvè exequutio facilè fieri non poterit,& non aliàs denunciatur excommunicatus,& declaratus ob nō ſolutionem ſcutornm centum,ad quæ inſtanti infraſcripto, ut in actis,tenetur. Inſtante D. A. principale.

Excommunicatio in ſubſidium diuiſa à mandato, poſt mandati relaxationem.

HIERONYMVS &c.uniuerſis &c. mādatum exequutiuum præteritis hiſce diebus ad inſtantiam A. principalis creditoris

ris contra B.debitorem pro ſcutis centum ui obligationis in forma cameræ,ſub qua illos ſoluere in urbe tenebatur, relaxauimus. Verum quia facta ſeu exequutores curiæ noſtræ de illud perſonaliter uel ſaltem realiter contra eundem B.exequendo, exequi in Romana curia minimè potuit debitorem ipſum citatum & contumacem ob non ſolutionem prædictæ ſummæ excommunicandum, ac excommunicatum publicè declarandum in iuris ſubſidium duximus, ut harum ſerie excommunicamus, & declaramus. Quocirca &c. ſequere ut in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.

Cum cedulone huiuſmodi.

D. B.exaduerſo principalis hic in iuris ſubſidium Apoſtolica auctoritate excommunicatus, & declaratus denunciatur ob non ſolutionem ſcutorum centum ad quorum ſolutionem in forma Cameræ tenetur, ut in actis.Inſtante A.principali.

Aggrauatoria, cum brachio ſeculari.

POTENTISSIMO, & Catholico Pricipi,& D.D. Philippo ab Auſtria,Hiſpaniarum &c.Rege &c. eiuſq; pro regibus &c. Prætoribus,Poteſtatibus,iudicibus &c.nec non Reuerendiſsimo D. Epiſcopo N.eiuſq; Vicario in ſpiritualibus generali, uniuerſis quoq; DD.Abbatibus &c. Hieronymus &c. ſalutem &c. aliàs pro parte Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ,illiusque Magnifici D. Commiſſarij, ac D.A. prouiſi Apoſtolici pro ſuo intereſſe præſentatis &c. ſequere ad unguem,& ad uerbum ut in inſtrumento ſententiæ declaratoriæ, ſupra poſito uſque ad ſententiæ inſertionem incluſiuè, & quoniam idem B.ſic excommunicatus,& declaratus rebellis,& inobediens excommunicationis ſententiam per decem dies poſt illius publicationem,& denunciationem,in locis publicis per unum ex ſanctiſsimi D.noſtri Papæ curſoribus publicè factam animo ſuſtinuit indurato ad ulteriorem præfati Magnifici D. Commiſſarij & A.inſtantiam citato iterum dicto B. & contumace,ac parere negligente,

gligente, ſententiam excommunicationis antedictam aggrauauimus, vt harum ſerie reaggrauamus. Quocirca vobis omnibus eccleſiaſticis perſonis committimus &c. quatenus eundem B. ſic excommunicatum, & declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum in veſtris eccleſiis, monaſteriis, & cappellis, etiam infra miſſarum ſolennia publicè nuncietis, ac ab aliis nunciari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari faciatis donec aliud à nobis habueritis in mandatis. Et quia enſe non proficiente eccleſiaſtico, temporalis gladius non immèritò ſuffragatur, ut quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ; brachium ſeculare inuocantes, vos Sereniſsimum &c. vobis verò omnibus, & ſingulis aliis, quibus poſſumus committimus &c. quatenus eundem B. per eius perſonæ captionem, & carcerationem, bonorumque ſuorum quorumcunque temporalium, & eccleſiaſticorum ſubhaſtationẽ, & deliberationem, ac alium quemcunque modum, qui opportunior uobis videbitur ad dimittendum, & relaxandum cum effectu dicti beneficii N. liberam, & vacuam, ac pacificam poſſeſsionem, illiusq; fructus, à die obitus prænominati quendam N. decurſos, & in poſterum vſque in diem actualis poſſeſsionis prædictæ dimiſsionis ac ſcuta N. pro expenſis in hac cauſa legitimè factis eidem Magnifico D. Commiſſario, vel ſubſtituto ad hoc ab eo deputando integrè perſoluendum &c. In quorum fidem &c.

Mandatum de aſſociando.

HIERONYMVS &c. Magnifico D. ciuitatis N. Gubernatori, eiusq; locumtenẽti, Auditoribus, iudicibus, bariſellis &c. ſequuta aliàs deuolutione ob lineam finitam N. & N. ac A. eorum filii, & B. nepotis domus ſitæ &c. ſub proprietate directi dominii Archihoſpitalis ſancti Spiritus in Saxia Vrbis, Reuerendus pater D. N. modernus dicti Archihoſpitalis Præceptor huiuſmodi deuolutione declarata ſupradictam domum in emphyteuſim, ſeu locationem ad tertiam generationem A. ſub certo canone, & reſponſione ac aliis pactis, & conditionibus, vt in inſtrumento deſuper celebrato dedit, & inter alia poteſtatem dictæ domus poſſeſsionem propria auctoritate, abſque alicuius iudicis licentia capiendi eidẽ

emphy-

emphyteutico conceſsit.& quoniam eiuſdem emphytheotici intereſt vi dictæ clauſulæ, & poteſtatis, ſibi conceſſæ ad poſſeſsionem dictæ domus aſſociari, nos pro illius parte requiſiti mādatum hoc de aſſociando authoritate noſtra ordinaria, qua fungimur, in hac parte decreuimus, & conceſsimus. Quo circa vobis committimus &c. quatenus &c. prædictum A. dictæ poteſtatis, & facultatis vigore ad locum dictæ domus vt ſupra locatæ, & conceſſæ aſſocietis, aſſociariq; faciatis, ad effectum vt ille vobis aſſociantibus quietius, & liberius poſſeſsionem dictæ domus introeat, capiat, & apprehendat propria ſua authoritate, vt illum ad effectum pręfatum ſic per vos aſſociari volumus, & mandamus pręſentium per tenorem. In quorum fidem &c.

Aliud
De conſignando fructus ſequeſtratos.

HIERONYMVS &c. RR.DD. Archidiacono, & Priori eccleſiæ N. ſequeſtratariis aliàs à nobis electis ſalutē &c. Vos nō fugere credimus nos præteritis hiſce diebus, præuio mādato exequutiuo ob non ſolutionem ſcutorum centum monetæ per B. Rectorem parrochialis Eccleſiæ N. cauſa gratuiti mutui D.A. debitorū per nos ſeruatis ſeruandis relaxati; ſequeſtrum ſuper omnibus dictæ parrochialis Eccleſiæ ac aliorum quorumcunque dicti B. bonorum temporalium, & ſpiritualium fructibus conceſsiſſe, & vos in ſequeſtratorios elegiſſe. Hodie autem à præfato A. requiſiti citato ad hoc, & vocato prædicto B. per audientiam literarum contradictarum, & contumace mandatum hoc de conſignando ſibi dictos fructus, ſic ſequeſtratos in ſui crediti ſolutum conceſsimus, & relaxauimus. Quocirca vobis committimus &c. quatenus &c. debeatis fructus ſequeſtratos eidem A. ſiue eius procuratori legitimo in ſolutum, & vſque ad integrum ſatisfactionem dictorum ſcutorum centum, ac ſcutorum N. pro èxpenſis prænominati mandati exequutiui, ſequeſtri, præſentis mandati de conſignando, & contradictarum realiter, & cum effectu conſignaſſe, & tradidiſſe, ac conſignari feciſſe. In quorum &c.

exhibitionem præuiis citationibus,& actibus omnibus de ſtylo,& iure neceſſariis, demum prædictum A. ad videndum dictum B.in poſſeſsionem vineæ, vt ſupra donatæ manuteneri, & mandatum deſuper opportunum decerni ad certum terminũ citari fecimus. Quo adueniente ad ulteriorem inſtantiam prædicti B. in contumaciam dicti A.citati, & nihil releuans oppon͞etis eundem B.principalem in poſſeſsione dictæ uineæ manuteneri mandauimus, & mandatum de manutenendo decreuimus.Poſt cuius mandati decretum Sanctiſsimus D.noſter Gregorius Papa XIII. commiſsionem nobis per unum ex ſuis curſoribus præſentari fecit, cuius hic eſt tenor.Beatiſsime pater &c. Poſt cuius commiſsionis præſentationem citato A.ad dicendum contra illum,ac videndum iuxta illius,ac Aegidianæ conſtitutionis formam mandatum de manutenendo,vt præfertur,decretum relaxari;& non comparente,ac contumace,repetitaq; & parte dicti B.Aegidiana conſtitutione prædicta de momentanea poſſeſsione mãdatum antedictum relaxauimus;vt harum ſerie relaxamus.Quocirca vobis omnibus &c.committimus &c.quatenus &c.eundem B.in poſſeſsione quieta, libera,& pacifica dictę vineæ,iuriumq;, & membrorum ſuorum quorumcunque aduerſus dictum A.principalem,omneſq; alios moleſtatores,& contradictores manuteneatis,defendatis,& conſeruetis,ac manuteneri faciatis,vt nos manutenemus,&manuteneri volumus,& mandamus per præſentes. In quorum fidem &c.

Aliud
De reponendo in poſſeſsionem domus.

HIERONYMVS &c. Magnifico D.Gubernatori &c. bariſellis, &c.via ordinaria aliàs corã nobis lite introducta inter A. ex vna,& B.ſuper poſſeſsione domus ſitæ &c.rebuſq; aliis &c.ex altera parte,& literis monitorialibus per nos decretis, illiſq; in partibus exequutis, & reproductis, & ſucceſsiue decreto, vt moris eſt, per audientiam literarum contradictarum proceſſu, & in cauſa huiuſmodi ad examen teſtium,pro parte dicti A.inductorum,ac nonnulos alios actus requiſitos proceſſo. Demum citato per eandem audientiam dicto B.viſiſq; videndis,& conſideratis conſiderandis noſtram in ſcriptis tulimus,& promulgauimus diffinitiuam ſent͞e-

tiam tenoris ſubſequentis Chriſti nomine &c. A qua quidem ſententia;cum Aegidianæ conſtitutioni locus ſit,& conſequenter appellare non liceat, ſubinde pro parte dicti A. dicta conſtitutione Aegidiana repetita,& citato ad hoc prædicto B.& contumace mãdatum de reponendo, & reſtituendo eundem A. in poſſeſsionem dictæ domus, in præinſerta ſententia decretum relaxauimus,vt harum ſerie relaxamus. Quocirca vobis committimus &c.quatenus ſtatim &c.eundem A.ſiue illius legitimum procuratorem in realẽ, corporalem,& actualem domus pręfatæ poſſeſsionem reſtituatis, reponatis,& inducatis,reſtitutumq;, & repoſitum manuteneatis, defendatis, & tueamini, amoto ab eadem,& expulſo dicto B. pro vt nos harum ſeriè reponimus, redintegramus, ac reſtitutum manuteneri mandamus.In quorum &c.

Nota, quòd ſi in ſententia non fuerit tantummodo decretum mandatum,ſed etiam relaxatum,non erit neceſſaria alia citatio ad videndum relaxari mandatum, ſed tantum repetita conſtitutione mandatum expeditur.Si autem pars aduerſa intra decennium appellauerit, & terminum iuris pro Apoſtolorum reſponſione habuerit;tutius erit ante mãdati exequutionẽ illam citari ad videndum ſibi reſpondere de Apoſtolis, & quòd iudex det illi refutatorios,& poſtea mandatum exequi.

Aliud Poſt tres ſententias latas.

HIERONYMVS &c. R. P. D. Gubernatori ciuitatis N.&c. bariſellir &c.vertẽte aliàs lite,& cauſa in partibus primo in prima inſtantia coram Reuerendiſsimi D.Epiſcopi N.in ſpiritualibus,& temporalibus Vicario generali inter A.agentem ex una,& B. reum conuentu.n ſuper ſolutione certi reſidui dotis rebusque aliis &c.parte ex altera,idem R.D.Vicarius N.& iudex in cauſa huiuſmodi ritè,& rectè procedens viſis,videndis, & conſideratis conſiderandis ſuum in ſcriptis tulit, & promulgauit diffinitiuam ſententiam tenoris ſequentis.Chriſti nomine &c.A qua pro parte prędicti B.ex aduerſo principalis appellato, & appellationis cauſa R. D.N.Archidiacono,& Vicario Reuerendiſsimi D.Epiſcopi N.cõmiſſa,

miſſa,& delegata:idem R.d. Vicarius iudex pariter in cauſa legitimè procedens aliam diffinitiuam ſententiā præinſertæ primæ confirmatoriam tulit in hanc formam, Chriſti nomine &c. A. qua ex parte eiuſdem B.appellato, & cauſa appellationis eiuſmodi coram nobis legitimè introducta, citationeque ad partes decreta, debitè exequuta, & reproducta, exhibito proceſſu de partibus, ac aliis de iure ſeruandis ſeruatis. Tandem uiſis uidendis, ritè procedentes citato ad hoc dicto B.noſtram inſcriptis confirmatoriam tulimus diffinitiuam ſententiam hoc ſub tenore Chriſti nomine &c. Qua tertia confirmatoria ſententia, ſic lata: quoniam tertio prouocare non licet, Sanctiſsimus d.noſter Gregorius Papa XIII.commiſsionem ſubinſertam præſentari fecit. Beatiſsime pater &c. Poſt cuius præſentationem quoniam inutile eſſet ſententias ferre, niſi debitæ exequutioni demandarentur: ad ulteriorem dicti A.inſtantiā citato præfato B.ad dicendum contra præinſertam commiſsionē, ac uidendum taxari, & moderari expenſas in hac cauſa factas, & tam pro illis, quàm omnibus, in præinſertis ſententiis contentis mandatum exequutiuum iuxta prædictæ commiſsionis uim, & formam decerni, & relaxari; ipſoq; non comparente, ac contumace reputato; omnes, & ſingulas expenſas, in huiuſmodi cauſa pro parte dicti A.legitimè factas ad ſcuta N.præuia illarum deſignatione taxauimus, & moderati fuimus, & tam pro illis, & aliis in partibus factis, & in eiſdem partibus liquidandis, quàm omnibus in præinſertis ſententiis contentis mandatum exequutiuum decreuimus, & relaxauimus; prout harum ſerie relaxamus. Quocirca &c. ſequere ut in mandato exequutiuo.

Aliud
De immittendo in poſſeſſionem remedio l. fin. C. de edic. d. Adr. tollendo.

HIERONYMVS &c. R.d.ciuitatis N.Gubernatori &c.Bariſollis &c. Exhibitum nuper nobis fuit publicum inſtrumentum teſtamenti, aliàs per quondam P.conditi; in quo ſuos ſibi uniuerſales hæredes inſtituit A.eius filium tunc natum, et poſthumos maſculos ex ipſo teſtatore, et F. eius uxore naſcituros: quibus ſine fiiijs maſculis, legitimis, et naturalibus decedentibus ſubſtituit

tuit in omnibus eius bonis abſque ulla diminutione, & ſuccederẽ uoluit G.eius fratrem germanum,illiusq; hæredes, & ſucceſſores. Obiit poſt dictum conditum teſtamentum P.ſuperſtito dicto A.filio maſculo. Debitum naturæ perſoluit ſubinde A. nullis filiis relictis,ſuperſtite prænominato G.in teſtamento uocato. Qui poſtmodum deceſsit relictis poſt ſe N.& N.eius filiis, & hæredibus, ac dicti P.ſubſtitutis,& fideicommiſſariis hæredibus. Nouiſsimè autem comparuit coram nobis M.dictorum N. & N. procurator, & expoſuit; quòd dictus quondam P.tempore ſui obitus habebat, & poſsidebat plura bona ſtabilia,& inter alia in dicta ciuitate N.unã domum,ſitam &c.ac prædium,ſitum &c.Et quod filij dicti G.ſunt hæredes ſubſtituti, & fideicõmiſſarij dicti quondã P. & factus eſt locus fideicõmiſſo, & ſubſtitutioni in eorũ perſonã:& ideo tam in uim remedij l.fin.C.de edicto diui Adri.toll. quàm alterius cuiuſcunque, illis de iure magis proficui in dictorum bonorum poſſeſsionem imponendi, & immittendi ueniunt.Datisq; articulis,& ſuper illis teſtibus examinatis,& pręmiſsis,quantum nobis ſufficere uiſum fuit,uerificatis.Demum citatis ad inſtantiam eorundem N.&N.per audientiam literarum contradictarum ſua in prædictis bonis quomodolibet intereſſe putantibus ad uidendum ipſos inſtantes in poſſeſsionem bonorum præfatorum immitti, & quodcunque mandatum deſuper opportunum decerni,& relaxari; illiſque non comparentibus,& cõtumacibus per nos reputatis,mandatum prædictum decreuimus,& relaxauimus; prout harum ſerie relaxamus. Quo circa &c.Vobis committimus &c.quatenus &c. eoſdem N.& N.ſiue eorum procuratorem legitimum,in corporalem,realem,& actualem dictæ domus,& prædij ac pertinentiarum, & membrorum ſuorum quorumcunque poſſeſsionem inducatis, & immittatis, inductoſq; manuteneatis, & conſeruetis aduerſus quoſcunque, nunc, & forſan pro tempore inſurgentes moleſtatores:ipſiſq; de omnibus,& ſingulis fructibus, redditibus,& prouẽtibus bonorum huiuſmodi integrè reſponderi faciatis;nec permittatis eos à quoquam ſuper præmiſsis moleſtari, prout nos immitti, manuteneri,conſeruari,& ſibi de fructibus reſponderi mandamus per præſentes. In quorum fidem &c.

Sequeſtrum.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Requiſiti ex parte A. ad cuius inſtantiam aliàs ſeruatis ſeruandis pro ſcutis centum debitis in uim obligationis, in actis receptæ mandatum exequutiuum contra B. conceſsimus; Vobis omnibus &c. cõmittimus &c. quatenus &c. ſequeſtretis, ac ſub firmo, & arcto ſequeſtro ponatis penes N. omnesq; alios, & ſingulos dicti B. debitores, per exhibitorem præſentium nominandos omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas, ac bonorum, & rerum quantitates, & qualitates cuiuſuis generis, & ſpeciei fuerint, & in quauis re conſtiterint, penes ipſos exiſtentes, & in futurum extituras, & quæ ad dictum B. ſpectant, uel ſpectabunt. Præterea inhibeatis &c. eiſdem ſequeſtratariis, et eorum cuilibet; ne uiſis præſentibus, ſub quingentorum ducatorũ &c. mandati exequutiui, & ui iuris ſubſidium excommunicationis malæque, & de eorum proprio iterandæ ſolutionis pœnis audeant dictas pecunias, res, & bona ſequeſtrata dicto B. uel alteri cuiuis perſonæ pro eo in totum, uel in partem ſoluere, tradere, aut conſignare: niſi prius dicto inſtanti de ſuo credito antedicto integrè, vna cum ſcutis N. pro expenſis ſatisfacto: ac aliàs abſque expreſſa noſtra licentia, & mandato. Et ſi quis forſan in præmiſsis ſe grauatum ſenſerit, compareat in Romana curia coram nobis, cauſam ſui grauaminis allegaturus, ac per nos iuſtitiæ complementum recepturus. In quorum fidem &c.

Inhibitio in vim litis pendentiæ.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Introducta coram nobis lite, & cauſa pro parte A. uia appellationis per eum interpoſitæ ab aſſerta ſententia contra eum in fauorem B. per Gubernatorem N. lata ſuper certa pecuniarum ſumma, rebusq; alijs &c. & decreta à nobis citatione, cum inhibitione ad partes, ac exequuta, & in actis reproducta, & in cauſa ad nonnullos actus, citra tamen concluſionem illius, proceſſo. Quibus ſic ſtantibus licet in partibus nihil innouari debuiſſet: tamen accepimus Gubernatorem præfatum ad aſſertam exequutionem procedere contra præfatum

A.

A. Et quamuis poſſemus ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum, in prænominatis noſtris citatoriis literis fulminaturum contra eum etiam criminaliter procedere: nihilominus, ſecum hac uice mitius agẽtes, uobis cõmittimus &c. quatenus ſtatim &c. inhibeatis &c. eidem d. Gubernatori, omnibuſque aliis &c. ne ſub quingentorum &c. audeant uel præſumant ad prætenſam exequutionem procedere, ac in cauſa huiuſmodi in noſtræ iuriſdictionis, ac ſedis Apoſtolicæ contemptus, & iurium dicti A. præiudicium, & grauamen quicquam per ſe uel alios directè, uel indirectè innonare, ſeu attentare. Et ſi ſecus fiat, iure medio reuocabimus. In quorum fidem &c.

Litteræ pro habendis indiciis.

HIERONYMVS &c. RR. dd. N. & N. Canonicis eccleſiæ N. & eorum cuilibet in ſolidum ſalutem &c. Aggreſſus eſt A. ut ex parte magnifici D. Sanctisſimi D. N. Papæ, & Cameræ apoſtolicæ procuratoris fiſcalis nobis renunciatum fuiſſe; enſe euaginato in uico N. ciuitatis N. de morte B. inermẽ, ad ſua negocia euntem, ac unico uulnere non ſine magna ſanguinis effuſione in capite affecit. Et cum hæc peſsimi ſint exempli, & non ſine condigna pœna prætermittenda, & de his aliquantulum nobis conſtare cœperit: uelimusq; certiorem notitiam habere: Et nullibi melius, quã iſthic, ubi ſcelus patratum eſt, uoluntati noſtræ huiuſmodi ſatisfacere posſimus. Idcirco uobis committimus &c. quatenus ſtatim &c. de promisſis uos informetis, & diligenter ea perquiratis, & inueſtigetis: ac teſtes quoſcunque, uobis pro parte dicti magnifici d. procuratoris fiſcalis inducendos ſuper articulis, ſiue interrogatorijs, uobis præſentandis, ſumma cum fide, & diligentia interrogetis, & examinetis, eorumq; depoſitiones, per fidelem notariũ in ſcriptis redactas, ueſtro ſigillo obſignatas, & occluſas, ſiue eorum authentica exẽpla ad nos trãſmittatis. Teſtes ſe examini ſubijcere recuſantes per pecuniarias, & perſonales pœnas, ac denique eccleſiaſticas cenſuras cogentes. In quorum fidem &c.

Literæ

Literæ loco remiſſoriæ.

MAGISTRATVI Spoleti ſalutem. Elegimus te in iudicem infraſcendi examinis. Quamobrem a bs te petimus, ut teſtes quoſcunque, d. A. nomine coram te iſthic inducendos ſuper introcluſis articulis : illis prius iuxta interrogatoria; ſi quæ B. dederit; interrogatis : intra unius menſis ſpatium ; necnon per quindecim dies poſt illius lapſum teſtes omnes; ſi quos B. induxerit ſumma cum fide, & ſolertia mediis illorum prudentibus iuramentis examines, uel à te eligendo notario examinari cures: illorumq; teſtationes, tuo ſigillo obſignatas, & occluſas ad nos quàm ocíſsi mè mittas. Id ſi exequutus fueris; præterquam quod, quod iuſtum eſt feceris; te de nobis meritum eſſe profitebimur. Vale. Datum Romæ die &c.

Intimatio redemptionis cenſus.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Pro parte, & ad inſtantiam Magnificæ Communitatis Ciuitatis Corneti inſtāter & debite requiſiti diſcretioni veſtrę &c. committimus &c. intimetis, & notificetis, & notitiam Nob. D. Camilli Cerrini à Corneto deducatis, prout Nos tenore præſentium intimamus, & ad notitiā illius deducimus, qualiter dicta Cōmunitas ſiue D. Saluſtius de Tyberiis illius procurator vult, & intendit redimere annuum cenſum ſcutorum ſeptuaginta quinque monetę de iuliis decem pro ſingulo ſcuto in & ſuper quadam tenuta ipſius Communitatis, & in fauorem ipſius D. Camilli pro pretio ſcrutorum, mille ſimilium impoſitum, & venditum, & aliàs prout in inſtrumento per D. Ludouicū Lelium Notarium, & Cancellarium eiuſdē Communitatis rogato ac in actis noſtri Notarij infraſcripti in publicam formam producto latius continetur, & dictum pretium una cum cenſibus hactenus decurſis, & non ſolutis iuxta conuentiones, & pacta cōuenta ſoluere, & reſtituere. Idcirco modo, & forma præmiſſis perēptoriè citetis, & interpelletis eundem D. Camillū in eius propria perſona ſi perſonaliter cum apprehendere poteritis, alioquin per præſentium copiæ dimiſſionē ad eiuſdem habitationem &c. prout

Bb Nos

Nos quoque harum ſerie citamus,& interpellamus eundem quatenus die ſexta poſt citationem ueſtram huiuſmodi per nos uel alterum ueſtrum eidem factā immediate ſequen. ſi dies ipſa iuridica fuerit, alioquin &c. compareat Romæ &c. ad recipiendum dictū pretium una cum cenſibus prædictis decurſis,& non ſolutis, & adimplendum omnia pro eius parte adimplenda,inſtrumentumq; retrouenditionis cum clauſulis ſolitis,& conſuetis, & alia per eum promiſſa faciendum,aliàs uidendum fieri requiſitionem proteſtationem,& interpellationem,& contra eas dicendum, & excipiendum quicquid dicere, & excipere noluerit, uidendumque illas per Nos admitti,& mandari eundē d.Camillum afficere aliaq; in præmiſsis per Nos fieri,& exequi in præmiſsis neceſſaria,& opportuna,& quæ iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationes uel dicendum &c. Certificantes &c. In quorum &c. Datum Romæ &c.

Citatio pro aſſumptione cauſæ deuolutæ ad Ro. cu. per lapſum biennij.

HIERONYMVS &c. Pro parte D. Titij N. inter quem ex una,& Seium N.parte ex altera lis, & cauſa coram Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Vrbeuetano ſuper nonnullis bonis iā ante biennium in prima inſtantia introducta fuit,quam licet in ipſo biennio penitus inſtructam præfatus D. Epiſcopus, & ſi per partes, & ſeu earum hinc inde procuratores ſæpe pro illius deciſione & terminatione præuiis debitis inſtantijs requiſitus hactenus terminare non curauit pro aſſumptione dictæ cauſæ, ſic adhuc indeciſæ, & per lapſum dicti biennij ad Nos uti competentem Iudicem, vigore ſacri Concil.Triden. deuolutæ, & pro illius terminatione requiſiti diſcretioni Veſtræ &c. dictum Seium ex aduerſo principalē citetis quatenus octaua die poſt exequutam Veſtram citationem huiuſmodi proxima, ſi iuridica fuerit. Alioquin prima ex tunc futura die iuridica compareat Romæ in iudicio legitimæ coram Nobis per ſe, uel per procuratorem ſuum legitimum ad uidendū cauſam, & cauſas huiuſmodi in ſtatu, & terminis quibus coram prædicto Reuerendiſsimo D.Epiſcopo reperitur per Nos quamprimū iure medio terminandum aſſumi, & ſucceſsiue in cauſa, & cauſis huiuſmodi ad omnes, & ſingulos actus, & terminos liti neceſſarios

rios, & accidentales etiam uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue procedi, & interea coram Nobis de iuribus ſuis allegandũ, & alias dicendum faciendum, & recipiendum quod iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit, rationis cum inhibitione tam parti, quàm Iudicibus faciendam in forma ſolita &c.

Monitorium pro exequutione literarum Apoſtolicarum in forma dignum expeditarum.

HIERONYMVS &c. Vniuerſis &c. Noueritis nuper fuiſſe comparitum coram Nobis pro parte, & ad inſtantiam Reuerend. Henrici Caroli clerici Leodien. & expoſitum, quod perpetuo canonicatu, & præbenda eccleſiæ Beatæ Mariæ oppidi N. eiuſdem Leodien. dioc. quos q. Io. N. dictæ eccleſiæ canonicus dum uixit obtinebat & poſſidebat per obitũ eiuſdem Io. de menſe Octobris 1581. extra Romanam curiam defuncti uacantibus de illis ſic uacantibus S. D. N. Gregorius diuina prouidentia Papæ XIII. ipſi D. Henrico Apoſtolica auctoritate prouidit, ſeu prouideri conceſſit & mandauit ſi ad id ipſe præuia diligenti examinatione idoneus reperitur, prout in literis Apoſtolicis eiuſdem S. D. N. Papæ ſub plumbo deſuper expeditis ſub datum Romę apud Sanctum Petrũ Anno incarnationis Dominicæ Anno &c. Pontificatus &c. coram Nobis exhibitis plenius continetur. pro quarũ literarum apoſtolicarum exequutione primus pro parte dicti D. Henrici de opportuno remedio requiſiti. Quare diſcretioni Veſtræ &c. committimus &c. & ſub infraſcriptis pœnis mandamus, quatenus ſtatim uiſis & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium uigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis Veſtrum fuerit requiſitus, conſtito tamẽ prius vobis legitime dictum D. Henricum exponentem ad dictos canonicatum, & præbendam obtinendam idoneum repertum, & dictos canonicatum, & præbendam ſucceſſiue illi collatos fuiſſe iuxta formam dictarum literarum moneatis &c. RR. DD. Decanum, Capitulum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ N. omneſq; alios & ſingulos ad quos traditio poſſeſſionis reſponſio, ac ſolutio fructuum dictorum canonicatus, & præbendæ ſpectat, & pertinet, necnon quemcumque in dictis canonicatu, & præbenda intruſum, ſeu intrudendum, & quoſcunque alios liberam & plena-

riam exequutionem quomodo impedientes, ac dictum exponentem in aſſequutione, & apprehenſione dictæ poſſeſsionis,& perceptione dictorum fructuum moleſtantes, perturbantes, & inquietãtes,ac moleſtare perturbare,& inquietare uelle ſe iactãtes in exequutione præſentium nominandos,& cognominandos,quatenus infra ſex &c.ſub 500.ducatorum auri de camera locis piis arbitrio noſtro applicandis,ac mãdati exequutiui,& in iuris ſubſidium ſuſpenſionis à diuinis, & reſpectiue excommunicationis aliisq; &c. pœnis debeant dictum D. exponentem ſiue eius legitimum procuratorem in poſſeſsionem corporalem, realem, & actualem dictorũ canonicatus, & præbendæ, & illis annexorum, iuriumq; & pertinentiarum quorumcunque induxiſſe,& immiſiſse,ac inductum,& immiſſum manutenuiſſe,& conſeruaſſe,ac de omnibus,& ſingulis fructibus, redditibus, & prouentibus eorundem canonicatus, & præbendæ à die obitus dicti q.Io.decurſis,& decurrendis, & penes quoſcunque exiſtentibus,& qui in futurum exiſtent, eidem D.exponenti,ſiue eius legitimo procuratori, integre reſpondiſſe, & per quos opus fuerit reſponderi feciſſe: intruſus uero ſeu intrudendus in dictis canonicatu,& præbenda,& alij quicunque exponentem in præmiſsis impedientes,& moleſtantes,ſeu impedire,& moleſtare uelle ſe iactantes, debeant à quibuſcunq; moleſtationibus, perturbationibus,& impedimentis ac intruſionibus huiuſmodi, & per eos, et eorum quemlibet dicto exponenti ſiue eius legitimo procuratori in pręmiſsis,& pręmiſſorum occaſione quomodolibet illatis,factis,& præſtitis,ac inferrẽdis,& præſtandis, & inferri comminatis ceſſaſſe, & ſeſe abſtinuiſſe. Quodq; dictæ literæ Apoſtolicæ ſuum plenarium habeant effectum omni ceſſante moleſtia, & impedimento permiſiſſe, & poſſeſsionem per eos detẽtam dictorum canonicatus,& præbendę cum omnibus, & ſingulis fructibus,redditibus,& prouentibus per eos, & eorum quemlibet ex dictis canonicatu, & præbenda quomodolibet perceptis, & percipiendis, & qui percipi potuerint, & poſsint ſi extant:ſin autem illorum uero pretio,& ualore ad rationem quantiplurimi D.exponenti ſiue eius legitimo procuratori cum effectu remiſiſſe,relaxaſſe, & reſtituiſſe, & tam dictis literis Apoſtolicis quàm præſentibus Noſtris monitorialibus in omnibus, & per omnia paruiſſe, deq; illarum paritione Nos infra terminum infraſcriptum certificaſſe.Alioquin &c. cum termino 60. dierum ad comparendum in forma &c.

Man-

Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & exequutionem vigore ſententiæ.

INCLITAE & Excelſæ Reipublicæ Venetiarum Duci, necnon Illuſt. & Clariſsimis DD. eiuſdem Reipublicæ in toto eius Dominio Magiſtratibus & Gubernatoribus ac R. P. D. Nuntio Apoſtolico dictæ ciuitatis Venetiarum, necnon Reuerẽdiſsimo D. Epiſcopo Taruiſien. eiuſq; R. D. in ſpiritualibus & tẽporalibus Vicario Generali, uniuerſiſq; & ſingulis DD. Abbatibus &c. dictę ciuitatis Taruiſien. ac aliarum quarumcunq; ciuitatum, terrarum, oppidorum, caſtrorum, & locorum Gubernatoribus, locatenentibus, præfectis, ꝑtoribus, & alijs iudicibus, Capitaneis, Bariſellis, ſatellitibus, executoribus, & ſubexequutoribus, & aliis iuſtitię miniſtris eccleſiaſticis, & ſecularibus per dictũ Dñium, & aliis ubilibet conſtitutis, Hieronymus &c. ſalutẽ &c. noueritis quòd lite & cauſa coram nobis inter Reuerend. d. Ferandinũ Aleottum actorem ex una & Reuerend. d. Auguſtinũ de Annibalis modernum Rectorem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Zannigo Taruiſinæ diœceſis reum conuentum de & ſuper poſſeſsione ſeu quaſi exigendi penſionem annuam ſcutorum uigintiquatuor auri in auro aliàs præfato Reuerẽd. d. Ferãdino ſuper fructibus dictę Eccleſię Apoſtolica auctoritate reſeruatam, & ſolutione terminorum decurſorum, & non ſolutorum, ac decurrendorum dictæ penſionis, rebusque aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione in prima uerten. inſtantia partibus ex altera coram nobis ad inſtantiam eiuſdẽ Reuerend. d. Ferandini uigore monitorij per nos ad partes deſuper decreti & contra eundẽ Reuerend. d. Auguſtinũ legitime exequuti, introducta partium hinc inde coram nobis legitimis comparentibus procuratoribus, reproductiſq; corã nobis pro parte dicti Reuerẽd. d. Ferandini principalis dictis literis monitorialibus, & earum exequutione contra dictum R. D. Auguſtinum in partibus facta, & pro earum uerificatione, productis etiam nonnullis iuribus, & ſcripturis ac ſupplicatione reſeruationis penſionis prædictæ, præmiſsiſq; ſolitis terminis & dilationibus, demum nos ſeu R. P. D. Dionyſius Ratta, iu. vt. doct. Referendarius

rendarius Apoſtolicus in ciuilibus Locumtenēs noſter ad inſtantiam Magnifici D. Theodori Amatorij iu.ut.doct.in Ro.cu.necnō dicti D. Ferandini Procuratoris Magnifico D. Georgio Montagano iu.vt.doct.dicti R. D. Auguſtini principalis procuratore ad ſententiam, prout etiam ad quemlibet alium præcedentem actum legitime citato, viſis videndis ac ſeruatis de iure ſeruādis ac procuratoribus hincinde ſæpius in uoce, & in ſcriptis auditis noſtram ſeu ſuam tulimus ſeu tulit ſententiam diffinitiuam huiuſmodi ſub tenore uidelicet. Chriſti nomine inuocato &c. quam quidem præinſertā ſententiam omniaq; alia, & ſingula præmiſſa Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus & notificamus ac ad ueſtrā, & cuiuslibet veſtrū notitiā deducimus, & deduci volumus per pręſentes. Vosq; ſereniſsimū Ducē, & Senatū, ac Reuerēdiſsimum D. Epiſcopum Taruiſin. præfatos benigne in Domino hortamur, & rogamus: vos autem alios prædictos tenore præſentium requirimus, & monemus, vobisq; &c. committimus, & ſub 500. ducatorum auri de camera locis pijs arbitrio noſtro applican. ac mandati exequutiui, & in iuris ſubſidium excommunicationis aliisq; &c. pęn. mandamus quatenus ſtatim uiſis, & receptis pręſentibus ac quotiēs pro parte dicti d. Ferandini principalis præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus ipſum D. Ferandinum principalem in poſſeſsione, ſeu quaſi, in qua exiſtit dictam penſionem exigendi contra dictum R. d. Auguſtinū modernum, & pro tempore futuros dictæ eccleſiæ poſſeſſores, & alios quoſcunque pacifice, & quiete manuteneatis, defendatis, & conſeruetis ac manuteneri, defendi, & conſeruari faciatis, non permittentes eundem Ferandinum in & ſuper exactione dictæ poſſeſſionis per quemcunq; moleſtari, & impediri, prout Nos quantum poſſumus manutenemus, defendimus, & conſeruamus, ac manuteneri, defendi, conſeruari, nec deſuper moleſtari aut impediri volumus, & mandamus per præſentes. Et inſuper eundem R. D. Auguſtinum dictæ Eccleſiæ modernum poſſeſſorem ex aduerſo principalem ad ſcuta centum quadraginta quatuor ſimilia pro terminis decurſis & non ſolutis dictæ annuæ penſionis ac iulios triginta tres pro expenſis præſentis mandati ſine præiudicio aliarum expēſarū taxandarū prædicto D. Ferādino principali ſiue eius legitimo procuratori cum effectu ſoluendum, & reficiendum per captionē perſonę ipſius D. Auguſtini &c. Abſolutionem &c. in quorum &c.

lata,

lata,data, lecta, & publicata fuit præinſerta ſententia per præfatũ R. P. D. Locumtenentem noſtrum &c. Romæ pro tribunali in palatio noſtro iudiciali ſeden.ſub Anno &c. Põtificatus &c. Præſentibus D.N.& N. dictæ cu.noſtræ Notariis teſtibus.

Mandatum de immittendo in poſſeſſionem prouiſum Apoſtolicum literis expeditis.

SERENISSIMO &c. Necnon Reuerendiſsimo D.Epiſcopo Corduben.eiuſq; in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario ſeu officiali ac Prouiſori,Generali,ac RR.DD. Decano, Capitulo, & canonicis Eccleſiæ Corduben.ac R.D. Io. N. Canonico oppidi de Valpueſtra Burgen. diœc. &c.iudici exequutori pro capienda poſſeſsione infraſcriptorum beneficiorum nomine R. Cameræ Apoſtolicæ à nobis ſubdelegato oĩbusq; aliis & ſingulis ad quos traditio,conſignatio, & relaxatio poſſeſsionis infraſcripti beneficij, & reſponſio illius fructuum ſpectat & pertinet,& eorum cuilibet inſolidum,Hieronymus &c.ſalutem &c. Noueritis quod aliàs exhibitis,& productis coram nobis pro parte,& ad inſtantiam Reueren. Cameræ Apoſtolicæ illiusq; Magnifici D. Commiſſarij, & etiam R.D.Petri N.clerici Burgen. diœc.de infraſcripto beneficio prouiſi Apoſtolici principalis pro ſuo intereſſe literis Apoſtolicis in forma breuis nobis, & certis aliis iudicibus in èis nominatis directis per Sanctiſs. D. N. Gregorium PP. XIII. ſub annulo Piſcatoris vt moris eſt expeditis, & per eundem Sereniſsimum D. N. eidem D.Petro conceſsis ſuper capienda poſſeſsione nomine eiuſdem Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ præſtimonij ſeu prę́ſtimonialis portionis aut perpetui ſimplicis beneficij eccleſiaſtici in parrochiali eccleſia oppidi ſeu loci N.eiuſdem Corduben. diœc.quod ſeu quã q. Alphonſus Martinen. clericus palentin. dum uiueret obtinebat,& de quo eidemD.Petro auctoritate Apoſtolica prouiſum ſeu prouideri conceſſum fuit, tradendam poſtea eidem D. Petro vna cum fructibus illius ſi & poſtquàm literas Apoſtolicas prouiſionis huiuſmodi debitę ſub plumbo expediuerit,& expeditas præſentauerit,& aliàs prout in eiuſdem literis in forma breuis expeditis plenius continetur,quarum quidem literarum uigore ad Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, & dicti D. Petri principalis inſtantiam dictũ

R.D.

R.D.Iohannem N. iudicẽ, & exequutorem earundem literarum Apoſtolicarum pro aſſecutione poſſeſsionis dicti beneficij, & perceptione fructuum nomine eiuſdem Reuerendę Cameræ Apoſtolicæ iuxta earundem literarum Apoſtolicarum,ut præfertur in forma breuis expeditarum uim,formam, continentiam,& tenorẽ ſub delegauimus vices noſtras ſi deſuper conceden. & ſucceſsiuè prædictus R.d.Io. rigore Noſtræ ſubdelegationis in eius perſonam ut ſupra factæ corporalẽ, realem, & actualem poſſeſsionem dictæ Reuerendę Cameræ Apoſtolicæ nomine adeptus,& aſſecutus fuerit,& nihilominus decretis ꝑ nos literis monitorialibus extra Ro. cu.& ad partes contra & aduerſus quendam Dominicum N. in dicto beneficio intruſum, illarumq; exequutione contra eum debitè in partibus facta,& coram nobis iudicialiter reproducta,eiſdemq; literis in forma breuis ſufficienter verificatis,Demum R.p.d.Dionyſius Rattaiu. ut.Doct. Referẽdarius Apoſtolicus Noſter in ciuilibus Locumtenẽs,citato domino Michele N.in Ro.cu.cauſarũ, & dicti Dominici exaduerſo principalis procuratore, ſeruatis debitis terminis in negotio declarationis huiuſmodi ſeruari ſolitis, ac ſeruatis aliis de iure ſeruandis, ſuam in ſcriptis contra eundem Dominicũ tulit, & promulgauit ſententiam declaratoriam, cuius uigore literæ declaratoriæ contra eundem Decretæ,& ſucceſsiue expeditæ fuerunt. Poſt quarum literarum declaratorialium relaxationem fuerunt nobis pro eiuſdem D. Petri N. parte exhibitæ, & & præſentatæ literæ Apoſtolicæ in forma gratioſa debitè ſub plũbo expeditæ, quas nos cum ea qua decuit reuerẽtia recepimus huiuſmodi ſub tenore uidelicet,Gregorius PP. XIII. &c. Poſt quarum quidem literarum præinſertarum præſentationem,& receptionem nobis,& per nos,ut præfertur, factas ad dicti D. Petri principalis inſtantiam,eundem D.Michaelem exaduerſo procuratorem ad dicendum, & excipiendum quicquid uerbo uel in ſcriptis contra eaſdẽ præinſertas literas apoſtolicas dicere ſiue excipere uoluerit, necnon uidendum per nos,& curiam noſtram decerni, & concedi mandatum de immittendo ipſum D.Petrum in poſſeſsionem dicti beneficij,& illi annexorum quoruncunque,& etiam de conſignando ei omnes,& ſingulos fructus dicti beneficij,& illi annexorum quorũcunque, & quodcunque mandatum deſuper neceſſarium,& opportunum in forma ſolita,& conſueta decerni,& concedi uel dicendi, & cauſam ſi quam haberet rationabilem quare

præmiſſa

præmiſſa fieri non debeant allegandum per vnum Sanctiſsimi D. N. PP. curſorem citari fecimus, & mandauimus pro die infraſcripta, ac pro certis horis ei aſsignatis quibus aduenientibus ad dicti d. Petri requiſitionem tanquàm iuſtam, & rationi conſonam dictum mandatum de immittendo ipſum in poſſeſsionem dicti beneficij, & illi annexorum quoruncumque in forma ſolita, & conſueta decernen. & ei conceden. duximus, & mandauimus, prout decernimus, & concedimus per præſentes. Quæ omnia, & ſingula, prædicta uobis omnibus & ſingulis prædictis, & præſertim eidē domino Dominico intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad ueſtram, & cuiuslibet ueſtrum notitiā deducimus & deduci uolumus per præſentes. Vosq; Sereniſsimum &c. reliqua ſequere ſub forma præſcripta, mutatis tamen mutandis &c.

Monitio notariis tribunalis non inutilis.

ANTEQVAM huic meo opuſculo extremam manum imponam, uos notarios moneo, ut in expeditionibus, quarum exempla in compendium redacta poſtremo hoc in libro; omiſsis aliis non paucis, quæ non ita neceſſaria, & quæ notiſsima ſunt, poſuimus, abſtineatis quantum in vobis eſt ab illis uerbis, quæ ex præceptis antiqui formularij, & vulgato quodam uſu, uel potius (quod pace ueſtra dixerim) ab uſu paſsim, & indifferenter in expeditionibus omnibus comparente, uel non comparente procuratore ponere ſoletis. His ſcilicet. N. principalis procuratorem citari fecimus, eumq; non comparentem contumacem reputauimus, & in eius contumaciam relaxauimus &c. Principales enim in partibus degentes, qui uſum hunc penitus ignorant, ex uerborum illorum lectione mandatum procuratoris in curia relaxatum autumant; quippe qui comparere noluerit, illumq; negligentiæ accuſant; ob eamque rem iniuriam ſibi ab eo illatam exiſtimantes ipſum reuocant. quod haud rarò procuratoribus damno eſt. Conſulo igitur uos ne illa ponatis niſi quando uerè procurator negligens extitit, & comparere illi curæ non fuit.

FINIS.

S. D. N. PII PAPAE QVINTI

Reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ.

MOTV proprio &c. Inter illa quæ in ſingulis in Vrbe Curijs, & officijs emendã da, ſeu rectius diſponẽda decreuimus, hæc de Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditoris officio, ac Tribunali ſeorſum ab uniuerſali reformatione Apoſtolica auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quæ & ab Auditore, & ab eius Locumtenentibus, Curiæq; ipſius Iudicibus, & notarijs exactiſſime ſeruari præcipimus.

In primis, ne quiſquam ex confeſſione debita procuratore ſuo ad id in ipſamet obligatione in poſterum conſtituto in iudicio, vel alibi facta condemnetur; niſi idem etiam procurator ad defendendum in iudicio fuerit conſtitutus; & ipſe cum conſtitueretur, defendendi onus huiuſmodi ſponte præſens acceptauerit.

Neue quiſquam ratione ſui cōſenſus in cōtractu, ſeu quaſi contractu, aut alias in iudicio uel extra iudicium, per ſe, uel alium quocunque modo, etiã in ſuſceptione, quam uocant cenſurarum, de cætero præſtiti, pure, aut ſub conditione, aut in diem cenſuris eccleſiaſticis innodetur, aut innodatus declaretur.

Quinimo nec procuratoris, ad confitendum debitum, conſtitutio, in ipſa debiti obligatione, niſi & ad defendendũ una conſtituatur, & ipſe defendendi onus acceptet, ut præfertur, nec cenſurarum conſenſus, aut ſuſceptio huiuſmodi uſquam recipiatur, uel admittatur, ſiue etiam deſcribatur: neque de his quiſquam rogetur, etiam in Cameralis obligationis formula, ſiue principaliter, ſiue incidenter: neque iudicium ullum, aut ulla exequutio inde fiat, aut decernatur.

Excipimus autem ab his, quæ de confeſſione debiti, & procuratoris, ad id conſtitutione, ſupra ſtatuimus, obligationes, quæ de rebus ac iuribus ad Cameram Apoſtolicam pertinentibus factæ iam ſunt, aut in poſterum fieri oportuerit, in quibus quo ad huiuſmodi confeſſionem, & conſtitutionem, liceat illud idem fieri, quod hactenus eſt obſeruatũ.

Quod ſi quando aliqui ſeipſos in Vrbe efficacius obligare voluerint; vt in exactionibus laborandum non ſit, quas pro commodiori hominum commercio faciles eſſe expedit, poterit Iudex parti præſenti, & ſe obliganti præcipere, ut die certa tunc ſtatuenda ſoluat; monens, quod ſi ea die ſponte non ſoluerit, nulla exinde facta perſonali citatione, ſed præuia tantum unica dilatione, quæ per affixionem locis conſuetis intimabitur, ad executionem contra ipſum procedet: & in ſubſidium, vbi executio realis, perſonaliſue facile fieri non poterit; in ipſum tanquàm contumacem, contemptoremq; ſui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen, quo ad excommunicationem monitio, vbicunque facilis futura eſſet, executio non adhibeatur.

Cum autem præſcripta dies ceſſerit: ea diſtinctio ſeruetur, vt ſi obligatio, uel in Vrbe erit contracta, vel in Vrbe ſit ſoluenda, ſola intimationis affixio prædicta ſufficiat. Si uero extra Vrbem & obligatio contracta, & ſolutio deſtinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, niſi facta legitime

debi-

debitori intimatione dilationis huiuſmodi.

Rurſus, ubi in obligatione extra Vrbem facta, pariter ſolutio extra Vrbem deſtinata fuerit, præter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci diſtantia, intra quam docere poſsit, & debeat debitor ſe ſoluiſſe.

Quod ſi parti petenti, ac debitum agnoſcenti, danda uidebitur aliquando longior aliqua dilatio ad ſoluendum (intra quam nullum omnino mandatum, aliudue executionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut ſaltem uiginti arbitrio Iudicis: qui pro debitoris qualitate, & debiti ſumma, vtrum uoluerit de prædictis terminis eliget.

Qua in re illud obſeruetur, vt ſi forte poſt decretum, & relaxatum, atque etiam actori à Notario traditum mandatum executiuum, viſum fuerit Iudici dilationem hanc concedere: non alio poſtea iudicio, aut etiam mandato, opus ſit actori, ſi reus intra dilationem ipſam non ſoluerit, ſed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, ſiue decretum fuerat, executionem ſuam proſequatur.

Sed & in omnibus, quæ aliter quam cum ſupradictis præcepto, & monitione vbicunq; locorũ factæ fuerint obligationibus, & alias ſemper, illud omnino ſeruetur: ut ad excommunicationem cuiuſquam non deueniatur, niſi cuius fuerit erga Iudicem contumacia, ipſoetiam, nec tantum procuratore ſuo, quãuis ſpecialiter conſtituto, prius legitime citato.

Verum ſicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita & harum quæ futuræ ſunt, pro illis iudiciũ, ſiue cognitio, & executio in Vrbe ad Auditorem Cameræ ſolum ſpectet in vniuerſum, iuxta ſuas facultates: Romanos tamen debitores laicos liceat creditoribus etiã in Curia Capitolij conuenire iuxta priuilegia Populo Romano conceſſa. Quo uero ad clericos, ratione originis, uel beneficij Romanos, locus ſit præuentioni inter ipſum Auditorem, & noſtrum in Vrbe Vicarium.

Cęterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, ſiue admittat, quam ſi exhibita fuerit Notario in actis ab appellante fides publica, ſeu publicum inſtrumentum ſententiæ, a qua extitit appellatum, eaque ſit diffinitiua, vel vim habeat diffinitiuæ: neque aliter earum ratione inhibeat, quam in-

ſerto in literis inhibitionis toto fidei, ſeu inſtrumenti huiuſmodi tenore.

Quare Iudices à quibus appellari continget, eorumq; Notarij, fidem ſeu inſtrumentum huiuſmodi partibus petentibus, & debitam Notarijs mercedem ſoluentibus tradent in tempore: alioquin Iudices officio iudicandi, Notarij exercitio notariatus, tandiu ſuſpenſi ſint, donec appellanti omnia damna, & intereſſe propterea paſſa ab ipſo Auditore extraiudicialiter æſtimanda, reſarſerint. Et nihilominus facta ab appellante fide de ſua petitione, & Iudicis, ſiue Notarij denegatione, idem Auditor inhibere, & in cauſa procedere poſſit.

Literas apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, executor præſcriptus eſt, nullo modo exequatur: ſed & omnes pręterea, in quarum executione pars uocanda fuerit, nō aliter exequatur, quam ſeruatis, pro rerum contingentia, cōſtitutionibus fe. re. Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, niſi ipſis conſtitutionibus derogatum fuerit expreſſe in literis, quę fuerint exequendę: ſed & tunc, ne quemquam extra diœceſim ultra tot dietas euocet quot in ipſis literis expreſſum erit, neue alijs uices ſuas committat, uel ſubdeleget, quam conſtitutis in dignitate eccleſiaſtica, aut cathedraliū eccleſiarū Canonicis.

Exceptis literis penſionum, quarum ſolutio in Romana Curia deſtinatur, & his omnibus, quibus ipſe nominatim executor præſcriptus fuerit: his enim caſibus poſſit ad ſe undecunque, & quocunque partes euocare.

Monitoria generalia, vulgo, Significauit, appellata, quæ ſcilicet vt aliquid reueletur, ſeu reſtituatur, uel probetur, cum cenſuris eccleſiaſticis publicari ſolent, nullo modo decernat ſiue expediat.

Similiter nihil ſine ſpeciali noſtra commiſsione decernat, aut faciat, aut mander, quod Epiſcopos, aut alios locorum ordinarios impedire poſsit, ne ad executionem decretorum ſacri Concilij Tridentini, correctionemque morum libere procedant.

Ab omnibus autem & ſingulis iis, quę ad eius iuriſdictionem ſecundum pręmiſſa pertinere nolumus, uſque adeo abſtineat, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones,

tiones, neque ſequeſtra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocunque ſub prętextu, ſuper iis aut ipſe decernat, aut ab aliis decreta reuocet, & pariter eius Notarij nihil omnino expediant, aut etiam ſcribant, ſub pœna amiſſionis officij.

In cauſis vero ſui fori ciuilibus, etiam in quibus ſummarie & ad inſtar beneficialium procedendi, ei conceſſa eſt facultas: nunquam omnino ad pœnas contumaciales deueniat; ſed potius receptis probationibus ad negotium principale ſpectantibus datoq; competenti termino parti abſenti, demum ſuper his ſeruatis ſeruandis diffinitiue pronunciet, etiam ſine litis conteſtatione.

Mandata de manutenendo, nunquã niſi parte legitime citata, & compendioſa, ac ſummaria cauſæ cognitione adhibita decernat.

Idem & in ſequeſtris ſeruetur, niſi aliqua ratione timendum ſit Iudicis arbitrio, de ſuſpicione fugæ, uel bonorum dilapidatione.

Ne autem contingat, ut abſentes, & in remotiſſimis ab urbe partibus degentes, ſi ob prætenſum aliquod crimen moneatur ad perſonaliter comparendũ, deinde inculpabiles reperti, maxima itineris incommoda, & diſpendia nulla ſua culpa poſſit ſint, neminem poſthac extra Italiam exiſtentem ad comparẽdum perſonaliter moneat, niſi facto uerbo nobiſcum, de quo uerbo habito fiat mentio in literis monitoriis.

Poſtremo Notarij nihil vnquam cuiuſuis generis ſcripturæ ad iudicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum ſit, expediant, & parti tradant: niſi cum ſubſcriptione Auditoris, uel eius Locumtenentis.

Circa impenſas autem, quæ a partibus pro ſcripturis, & expeditionbus faciendæ ſunt, uel ultra ea, quæ in uniuerſum in omnibus Curiis obſeruari uolumus, infraſcripta ſpecialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in cauſis pendentibus obſeruentur.

In cauſis quę ordinarie ſecundum Auditoris facultates in eius tribunali introductæ fuerint uel introduci potuerint, ſiue poſt cœptam cauſam ſuperueniat commiſſio, ſiue ante impetrata ſit, ſiue in prima, ſiue in ulteriori inſtantia, nulla

in

Curiam. iul.nouem.

Pro citatione cum inhibitione ſimplici. iul.vndecim.

Pro citatione cum nhibitione ſub cenſuris. iul. quatuordecim.

Pro citatione cum inhibitione ſub cenſuris per edictum, etiam pro neceſſario examine, iul. decem & octo.

Pro inhibitione ſimplici extra Curiam.iul. nouem.

Pro inhibitione in Curiam ſub cenſuris. iul.duodecim.

Pro inhibitione extra Curia.iul. tres cum dimidio.

Pro monitorio ſpeciali. iul.quindecim.

Pro notis ſententiarum diffinitiuarum, quę in ſcriptis proferuntur in prima inſtantia iul. quadraginta, in ſecunda iul. triginta, in tertia iul.viginti.

Pro nota abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij iul. quindecim.

Pro nota interlocutoriæ iul.quindecim.

Pro nota declaratoriæ iul. octo.

Pro mandato de exequendo iul.quindecim.

Pro ſequeſtro iul.quiudecim.

Pro ſportulis iudicum pro ſententiis diffinitiuis ex ſcripto proferendis non ultra id, quod in aliis curiæ tribunalibus ordinariis à fe.re. Pio Papa IIII. præſcriptum eſt.

De ceteris verò actis, ſcripturis, & expeditionibus infraſcriptis, ſiue cauſæ ſiũt ordinariæ, ſiue commiſſariæ, ſoluatur tantummodo infraſcriptum precium, videlicet.

Pro compulſorialibus generalibus, ſiue ſpecialibus iul. duodecim.

Pro palmo rotuli remiſſorię iul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea ſyllabarum decem & octo.

Pro inſtrumento remiſſoriæ iul.duodecim.

Pro inſtrumento litis pendentię in curia iul.quatuor cum dimidio.

Pro interdicto ſpeciali iul. quindecim.

Pro inſtrumento relaxationis interdicti iul.quindecim.

Pro exequutorialibus iul.triginta ſex.

Pro mandato de immittendo in poſſeſſionem vigore literarum Apoſtolicarum, ſeu in forma breuis iul. decem.

Pro abſolutione, ſiue abſolutionis commiſſione pro

uno, iul. nouem.

Pro duobus litis conſortibus iul. quatuordecim.

Pro tribus litis conſortibus iul. decem & octo.

Pro quatuor litis conſortibus iul. viginti tres.

Vltra quatuor quotcunq; addantur perſonæ litis conſortes, nihil augeatur precium expeditionis.

Pro capitulo, collegio, confraternitate, aut uniuerſitate iul. quinquaginta.

Pro inſtrumento abſolutionis iul. duodecim.

Pro decretis à Iudice prolatis, non ex ſcripto, etiam uim diffinitiuę habentibus, eorumve nota, & ſportulis, nihil.

Pro ſimplici fide etiam plurium actorum iul. duo.

Pro examine teſtium cum articulis, & interrogatoriis in cauſa, quę ſit æſtimationis à quinquaginta ſcutis ſupra, vſque ad quamcunque ſummam, ſi articuli non excedant numerũ uigintiquinque, interrogatoria numerum trigintaquinque, in domo, uel officio Notarij, iul. quatuor. Extra uero officium, non ultra duplum.

In cauſa ęſtimationis à quinquaginta ſcutis infra, ſoluatur tantum pro dimidia: quod ſi articuli excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria trigintaquinque, ſoluatur merces Notarij arbitrio Iudicis.

Pro inſtrumento ſententię, ſi extrahatur, iul. quindecim.

Pro inſtrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Camerę, iul. duodecim.

Pro brachio ſeculari ob non paritionem monitorij, aut literarum Apoſtolicarum, vel exequutorialium, iul. triginta.

Pro mandato ſuſpicionis fugæ, vſque ad quamcunq; ſummam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignãdo, uigore ſequeſtri, etiam ubi pro illius uerificatione, debitor prius fuiſſet conuentus, uia exequutiua, uigore obligationis Cameralis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de conſignandis pignoribus ſubhaſtandis, aut deliberandis, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato de relaxando pro debito ciuili, iul. quatuor cum dimidio.

Pro mandato in cauſis ciuilibus loco literarum, pro parua ſumma, iul.quatuor cum dimidio.

Computato in his omnibus mandatis,iulio ſigilli.

De precio autem ſic præſcripto, in omnibus ſupradictis expeditionibus, ſiue ordinariis,ſiue commiſſariis, detur Auditori, & Maſſæ Notariorum, item (quoad ordinarias) Camerario eædem portiones, quæ & prout antea pro eiſdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquũ quod iis portionibus detractis ſupererit, ſit Notarij expeditionis, præterquam in expeditione abſolutionis, ſiue commiſſionis abſoluendi, in qua ſingulis detrahatur pro rata, ita ut non tantum portio Notarij, ſed cuiuſque aliorum minuatur ad eam rationem, ut tantum unicuiq; portioni pro eius modo decreſcat, quantum omnibus in uniuerſum detraximus.

Pro mandato exequutiuo, ſiue brachio, ubi inuocatione opus fuerit,ſeculari, per omnia expedito, omnibusq; comprehenſis,precium ſit ut infra, uidelicet.

Ab uno ſcuto, uſque ad quindecim, iul. quatuor cum dimidio.

A ſcutis quuindecim, uſque ad uigintiquinque, iul.uiginti duo.

A ſcutis uigintiquinque, uſque ad quingentos, iul.triginta tres.

A ſcutis quingentis uſque ad mille, iul.ſexaginta ſex.

A ſcutis mille, uſque ad quamcunque ſummam, iul. centum, & decem.

Hoc autem precium ita diuidatur, ut ex Iuliis uiginti duobus, Auditor habeat Iulios ſex, Camerarius pro ſigillo habeat Iulios quatuor cum dimidio, Maſſa Notariorũ habeat iul.quatuor cum dimidio.Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Ex Iuliis triginta tribus, Auditor habeat Iulios octo & baiochos duos cum dimidio, Sigillum Iulios quinque cum dimidio, Maſſa habeat Iulios octo & baiochos duos, cum dimidio. Reſiduum Notarius.

Ex Iuliis ſexaginta ſex, Auditor habeat Iulios ſexdecim cũ dimidio, Sigillum, Iulios vndecim, Maſſa Iulios ſexdecim.

cum dimidio, Notarius quod ſupereſt.

Ex Iuliis centum & decem, Auditor habeat Iulios uiginti quatuor,& baiochos ſeptem cum dimidio,Sigillum Iulios ſexdecim cum dimidio, Maſſa Iulios viginti duos, Notarius reliquum.

Ad conſtituendas autem ſupradictas ſummas,computentur Iulij vndecim pro ſingulo ſcuto, quilibet vero Iulius ſit decem baiochorum.

Cenſurarum eccleſiaſticarum nomine, nihil accipiatur, vel in expedittione mãdati exequutiui, ſeu brachij ſecularis, uel ſeorſum ab eo, nec uſquam alias, niſi ubi ad illas rite proceſſum fuerit re ipſa.

Cum vero ad illas procedi contigerit: tunc pro declaratoria, aggrauatoria & reaggrauatoria ſimul iunctis, & totali earum omnium expeditione, tantundem exigatur, quantum pro mandato, ſeu brachio ſeculari, habita ratione prædictæ diſtinctionis ſummarum, ita vt omnis impenſa utriuſque expeditionis, mandati ſcilicet uel brachij ſecularis, & cenſurarum ſimul collecta, duplum non excedat eius precij, quod mandato, ſeu brachio ſeculari, ſupra taxatum eſt, pro qualibet ſupradictarum ſummarum. Excepta ultima maiori ſumma, uidelicet à mille ſupra. In ea enim ſumma etiam ſi contingat ultra, vel poſt mandatum executiuum, ſeu brachium ſeculare, cenſuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur; ſed tantum præter id precium, quo pro ſolo mandato, ſeu brachio ſeculari ſupra taxatum eſt, accipi poſſit iuſta merces pro ſcriptura.

Nunquam tamen cogantur partes inuitæ, vna cum mandato executiuo, ſeu brachio ſeculari, cenſurarum quoque expeditionem accipere,aut earum expeditionis precium ſol uere,etiam ſi ad cenſuras ipſas in ſubſidium contra contumacem, Iudex comminando rite proceſſerit: & extra loca temporali Domino Sãctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecta, uel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod ſi forte quiſquam legitime ſeruatis proceſſibus vtrãque expeditionem mandati, ſcilicet ſeu brachij ſecularis, & cenſurarum, eodem tempore habere uoluerit:tunc apponatur uerbis expresſis in ipſa expeditione,quo ad cenſuras,ne is

precium,

precium, quod illarum ratione expendit, ullo modo repetere poſſit ab iis, contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, niſi aduerſus eoſdem, vigore mandati executiui, ſeu brachij ſecularis, non ſatisfacientes, aut alias non parentes, cenſuris ipſis neceſſe fuerit uti.

Ipſius uero expeditionis cenſurarum precium prædictum eadem ratione, & eiſdem portionibus diuidatur, quibus precium mandati executiui, ſeu brachij ſecularis, ut ſupradictum eſt.

Pro duplicatis etiam poſt quodcunque tempus expeditis, nihil exigatur præter ſcripturæ mercedem.

Pro ſigillo paruo appēſo in qualibet expeditione ſoluatur Iulius unus tantum, ubi non adeſt minor taxa.

Pro mandatis executiuis, uel aliis quibuſcunque expeditionibus, Notarij nihil recipiant, niſi illis effectualiter partibus conſignatis.

Nec partes ipſæ cogātur accipere aliquam expeditionem, niſi eam quam uoluerint.

Pauperibus item expeditiones in forma pauperum, miſerabilibus uero gratis omnino tradant etiam ſcripturæ mercedem, diſtinctio uero iſtarum perſonarum Iudicis arbitrio remittitur.

Pro terminis coram iudice ſeruandis, iudicibus informandis, ſcripturis ad eos deferendis, ſeu etiam in officio perquirendis, regeſtris, ſeu extractibus tranſportandis, & aliis huiuſmodi, Notarij, vel eorum ſubſtituti, & in eorum officiis ſcribæ, & copiſtæ, etiam nomine regalium, ſeu bibaliorum, nihil prorſus etiam à ſponte dantibus accipiant.

In cauſis criminalibus expeditionum, quæ erunt eiuſdem generis, ſeu nominis, cuius ſunt ſupraſcriptæ, precium augeri non poſſit ultra tertiam partem eius, quod ſupra in ciuilibus præſcriptum eſt.

In regeſtris, extractibus, copiis indiciorum, & alterius, quā ſupradicti generis, ſeu nominis, expeditionibus criminalibus ſeruetur taxa ab eodem Pio prædeceſſore aliis tribunalibus ordinariis urbis præſcripta.

In omnibus expeditionibus ima earum parte Notarius apponat integram ſummā eius, quod verè expoſitū fuit, ſub his uerbis

verbis,uidelicet.Expoſuit in totum tantum:idemq; etiam in libro expeditionum ipſius Notarij deſcribatur.

Et vt præmiſſa omnibus pateant, ſciantque quilibet quid, & quantum in pręmiſſis exponere debeat: quilibet Notarius Auditoris teneatur poſthac tabulã ſupradictorum preciorũ expeditionum literis maiuſculis, ordinatè & diſtinctè ſcriptam, in eius officio palam loco eminenti, & cognito proponere, & ſemper retinere.

Conſtitutiones item, quæ tam à nobis, quàm ab aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris,ad reformationem huius Curiæ pertinentes emanarũt, & in futurum emanabunt, modo his contrariæ non ſint,omnino in eadem Curia obſeruentur.

Diſtrictius inhibentes Auditori ſub indignationis noſtræ, & Locumtenentibus, ſiue Iudicibus, ac Notariis prædictis, ſub priuationis officiorum ſuorum huiuſmodi,& aliis etiam grauioribus, noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pōtificis arbitrio infligendis, & applicandis pœnis, ne de expeditionibus, & aliis ſibi per præſentem interdictis, ac contra præſentis formam,& tenorem, etiam quorumuis priuilegiorum & indultorum,ac literarum eis quomodolibet cōceſſarum, aut conſuetudinis, & ſtyli immemorabiliter obſeruari, vel alio quouis prætextu ſe intromittere quoquo modo audeant, ſeu præſumant.

Decernentes quæcunque decreta, & acta, ab eiſdem Auditore, Iudicibus, & Notariis pro tempore contra præſentis formam, & tenorem emanata & facta, nulla, & inualida, ac extorta, & ſubreptitia, nulliusq; roboris, vel momenti fore, & cenſeri, neminiq; propterea ſuffragari poſſe, uel debere. Et ita per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate,iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quopiã quauis auctoritate ſcienter,uel ignorãter cōtigerit attentari.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo, conſuetudine, ac quocunque temporis

ris curſu, etiã immemorabili roboratis, priuilegiis quoque, indultis, eidem tribunali, ac illius Auditoriatus officio; & Auditori etiam in eiuſdem officij erectione, & inſtitutione, ac Iudicibus, & Notariis ipſis, illorumque Collegio, etiam ſimili motu, etiam conſiſtorialiter &c. ſub quibuſcunque te noribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in genere, uel in ſpecie, & alias quomodolibet, etiam per nos conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica indiuidua & expreſſa, ac de uer bo ad uerbum, non autem per clauſulas generales idem im portantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret: tenores hmôi pręſenti, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permãſuris, hac uice duntaxat ſpęcialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcunque, & quibuslibet aliis pri uilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, generalibus, uel ſpeciali bus, quorumcunque tenorum exiſtant: per quæ præſenti nõ expreſſa, uel totaliter inſerta, effectus præſentis impediri ualeat quomodolibet, uel differri, & de quibus, quorumcunq; totis tenoribus ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de uerbo ad uerbum habenda eſſet mentio ſpecialis.

Vt autem præſens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, uel intereſſe poterit afficiat, uolumus, & mandamus, illius copiam in Palatij noſtri Apoſtolici, ac domus, ſeu Curiæ prędicti Auditoris ualuis necnon acie Campi Floræ affigi, & ibidem relicta eius copia aliquandiu detineri.

Volumus item quod præſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obſtante. Quodque eius tranſumptis Nota rij publici manu ſubſcriptis, & perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo ſignatis, plena, & indubia fides, eaque prorſus adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præſenti adhiberetur, ſi foret exhibitus, nel oſtenſus.

Placet, & ita Motu proprio ſtatuimus & mandamus. M.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kalẽ. Decembris, Anno Quinto.

Anno

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Indictione decimatertia, Die vero quarta Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D.N.D. Pij diuina prouidētia Papæ Quinti Anno eius Quinto, Retroſcriptæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroſcriptis, Necnon præſentatę, intimatæ, & notificatæ fuerunt Illuſtriſs.& Reuerendiſs.Patris D.Alexandro Riario Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, eidemque data copia, Et etiam R.P.D. Vincentio Fuſcherio in ciuilibus, & Mag D. Vincentio Bellutio in criminalibus eiuſdem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. P. D. Auditoris Cameræ Locumtenentibus, & D.Ioanni Antonio Curto Notario & Menſario dominorum Notariorum eiuſdem R. P. D. Auditoris Cameræ, uidelicet data copia per me Ioannem Andræam Rogerium præfati S. D. Papæ Curſorem.

LITTERAE
S. D. N. GREGORII
PAPAE XIII.

Facultatum Illuſtriſs. & Reuer. P. D. Hieronymo Matthæio Protonotario Apoſtolico, vtriuſque Signaturæ Referendario, Curiæq; cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori conceſſarum.

GREGORIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio magiſtro Hieronymo Matthęio Clerico Romano, vtriuſque iuris Doctori, Capellano noſtro, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad generis nobilitatem, eximiamque doctrinam, ac in rebus gerendis experientiam & dexteritatem, necnon fidei, & iuſtitię zelum, ac integritatem, ſingularemque probitatem, necnon cæteras

virtutes,quibus clarere dignoſceris,noſtræ dirigentes cō-ſiderationis intuitum, ac indubie ſperantes, quod ea quæ tibi duxerimus committenda, ſumma cum prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris: dignum, quin potius debitum arbitramur, vt perſonam tuam cōdignis honoribus,& gratiis proſequamur.Cum itaque nuper officium generalis Auditoratus ſeu Audientiæ cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, quod nuper dilectus filius noſter Alexander S. R. E. Cardinalis tit. S. Mariæ in Aracæli Riarius nuncupatus, tempore aſſumptionis per nos de perſona ſua ad Cardinalatus honorem factæ, obtinebat, ex eo quod nos officium ipſum per aſſumptionem huiuſmodi vacare decreuimus,vacet ad præſens. Nos poſt longam ſuper hoc habitam diſcuſſionem,& maturam delibe rationem in te oculos noſtræ mentis coniicientes, & de ſupradictis tuis virtutibus ſpecialem in Domino fiduciā habentes, ac ſperantes quod tu,qui in vtraque ſignatura noſtra Referendarius, & Prælatus domeſticus noſter, ac de nobili genere vtroque parente procreatus exiſtis, dextera Dñi tibi aſſiſtente propitia,officium ſcies,voles,& poteris ad laudē & vtilitatem fideliter exercere:Teq; præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,& pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harū ſerie abſoluentes,& abſolutum fore cenſentes:Necnō ſingulorum priuilegiorum,indultorum, facultatum officio prædicto, ac quaruncunque literarnm, ſeu ſcripturarum illi conceſſorum, & literarum deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes,Motu proprio,nō ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra officium Auditoratus ſiue Audientiæ cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ huiuſmodi,ſiue per huiuſmodi aſſumptionem,ſeu aliàs quouis modo, quem præſentibus haberi volumus pro expreſſo,aut ex alterius cuiuſcū-

Auditoratus officium Hieronymo cōfertur cū iuribus & facultatibus quæ pdeceſſoribꝰ quomodocunq; cōpetebant.

que

que perſona vacet,cum officio correctoriæ Archiuij Romanæ Curiæ, aliisq; illi annexis, necnon omnibus, & ſingulis illius honoribus, priuilegiis, iuribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, ac facultatibus & indultis, necnon decretis etiam in ordine, & modo procedendi in cauſis eidem Alexandro Cardinali, & aliis qui pro tempore fuerunt cauſarum Curiæ huiuſmodi generalibus Auditoribus, etiam per felicis recordationis Iulium II. Leonẽ X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiã III. & alios quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos & ſedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma breuis, & alias ex vſu, ſtylo, & conſuetudine quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, apoſtolica tibi auctoritate concedimus, & aſſignamus: Teq; noſtrum & dilecti filij noſtri Aloyſij tit. S Marci presbyteri Cardinalis Cornelij nuncupati moderni, & pro tempore exiſtentis Camerarij noſtri, ac cauſarum Curiæ huiuſmodi generalem Auditorem cum honoribus, oneribus, priuilegiis, iuribus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis conſtituimus, & deputamus, ac in locum dicti Alexandri Cardinalis, quoad huiuſmodi Auditoratus officium, eiusq; liberum exercitium, quoad uixeris ſubſtituimus, & ſurrogamus: Tibique vt per te, vel aliũ, ſeu alios idoneum, vel idoneos locumtenentem, ſeu locũtenentes tuos, vel vicegerentes, quos pro tempore duxeris aſſumendos, aut deputandos, de omnibus, & ſingulis cauſis, modis & formis præſentibus expreſſis cognoſcendi, & decidendi facultatem concedimus. Ita quod tu tam in cauſis obligationum in forma Cameræ celebratarum, quàm in forma iuris guarentigiæ, uel Ripæ, & Ripettæ celebratis, ac etiam in alijs obligationibus, in quibus, etiam abſque obligatione in forma Cameræ debitores conſentiunt in mandatum executiuum, unica, uel ſine citatione, & quarum obligationum, uel conſenſuum uigore in aliis tribunalibus executiuè per relaxationem mandatorum proceditur, quouis modo ſolus, præterquam inter Ciues Romanos, inter quos priuilegium ſeu cõſtitutionem ultimo

Facultas cognoſcendi per locũtenen. ad eius libitum deputandos.

Facultas procedendi ſolus in obligationibus in forma Cameræ iuris Guarentigiæ Ripæ & Ripettæ & aliis in q̃bus ẽt abſque obligatione in forma Cameræ debitores conſentiunt in mandatum executiuum unica uel ſine citatione & quarũ o-

Obligationũ uel conſenſuum vigore in aliis tribunalibus executiue proceditur ſeruata forma Motus proprij Po.R.o conceſſis, exceptis obligationibus dependentibus aliorum tribunalium, in quibus iudices per viam mãdati executiui nõ aũt cẽſurarum procedunt.

loco per recolendæ memoriç Piũ Papã IIII. et pdeceſſorẽ noſtrũ deſuper in fauorẽ Populi Ro. Motu proprio factã ſeruari volumus: Alij vero quicunq; et Romanæ Curiæ Iudices in ſimilibus cauſis nullatenus, nulloq; mõ procedere poſſint: Ac de omnibus, & ſingulis obligationibus ĩ forma Cameræ, ubi uis locorũ, & inter quaſcunq; perſonas factis, & faciendis, his duntaxat exceptis, q̃ in dependentibus à litibus, & cauſis in eadẽ Camera, aut corã aliis Iudicibus ꝑ tpe introductis, factæ, ſeu receptæ fuerint, & tunc nõ per viam cenſurarũ, ſed per uiã mandati executiui cognoſcas; Ita ut quaſcunq; cauſas, q̃ de cętero perpetuis futuris tpibus in ea dẽ Curia ſuper ipſis obligationibus, aliiſq; oĩbus pdictis, in alio q̃ præfati Auditoris Tribunali, præterq̃ in vim ſpecialis commiſſionis noſtræ, de dictis obligationibus ſpecialem mentionem facientis, motæ fuerint, in illarum ſtatu, gradu, & terminis in quibus reperientur, tua ordinaria auctoritate, exceptis cauſis Curiæ Capitolij contra dictos ciues Romanos pro tempore iuxta formam dicti priuilegij motis reaſſumere: Inhibendo iudicibus, quibus ſunt commiſſæ, ac coram quibus illæ pendebant, ne in eis, aut de illis quoquo modo, aut quouis quæſito colore, directè vel indirectè ſe intromittere: Itidemq; omnibus, & quibuſcunque iudicis, eorumque locumtenentibus, & auditoribus, tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, ne in executionibus, ac proceſſibus prædictarum obligationum, & contractuum de cetero contra tenorem pręſentium ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ, collegij, vniuerſitatis, capitulorum, & quorumuis priuilegiatorum, ſub excommunicationis latę ſententiæ, indignationiſq; noſtrę pœnis, ac partibus ipſis, notariis, procuratoribus, ſollicitatoribus, executoribus, officialibus ſub eiſdem cenſuris, & pœnis, ac priuationis officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa in poſterum, & quingentorum ducatorum fiſco, & Camerę noſtræ applicandorum, refectioniſq; expenſarum partibus arbitrio tuo, & nullitatis proceſſuum, quouiſmodo directè, vel indirectè ſe intromittere pręſumant, & quicquid ſecus ſuper his contigerit attentari, irritum, & inane decernendo. Præterea ſolus uigore dictarum obligationũ cen-

Excõicationis latæ ſententiæ aliiſq; pœnis innodat iudices intromittentes ſe in executione obligationũ prædictarum, & partes & notarios procuratores ſollicitatores executores & officiales.

Solus talium obligationum vigore cẽſuras eccleſiaſticas promulgat.

ſuras

ſuras eccleſiaſticas promulgare; nec non omnes & ſingi-las ſpirituales, eccleſiaſticas & profanas, ac quorumuis eiuſdem Roma. Eccl. Card. eorumq; & noſtrorum familiariũ, continuorum commenſalium; necnon quorumcunque Prælatorum in ipſa Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac communitatum, & vniuerſitatum, oratorum, necnon dictæ curiæ officialium eandem curiã ſequentiũ, ac familiariũ eorũdẽ, & ipſius curiæ cauſarũ hmõi Auditoris notatiorũ, & eorũ familiariũ, cãpſorũ quoq; & quorũuis mercatorũ, ac penſionũ annuarũ ſuper fructibus, redditibus, & prouẽtib. eccleſiaſticis aſſignatarũ, ẽt ſi earũ ſolutio nõ ipſa curia, ſed in partibus ſit faciẽda; & quaſcunq; alias ẽt cõmiſſarias cauſas, tam ciuiles, q̃ criminales, & mixtas, coniunctim, vel diuiſim in eadem Curia quomodocunque & qualitercunq; motas, & mouendas, & inter quaſcunque partes etiam per uiam inquiſitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, ac quæ per appellationem à grauaminibus illatis, & inferri comminatis, ſeu ſententiis diffinitiuis, vel interlocutoriis à quibuſuis Iudicibus ordinariis, & arbitris, atque arbitratoribus in curia; & Vrbe prædictis (Vicario noſtro, ac Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ, & iudicibus capitolinis duntaxat exceptis) & extra eas à quibuſcunque iudicibus ordinariis, uel delegatis, ſeu arbitris, uel arbitratoribus, ac etiam dictæ ſedis legatis, & eorum Vicelegatis in terris eidem Romanę Eccleſiæ mediatè, uel immediatè ſubiectis, aut aliis earum Gubernatoribus, uel officialibus, & quibuſuis in feudum ſeu vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis pro tempore latis, & promulgatis, interpoſitam, ſeu aliàs ad eãdem ſedem, etiam per uiam reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, uel recurſus à quibuſcunque ſententiis quorumcunque ordinariorum, etiam extra ſtatum eccleſiæ hactenus deuolutæ ſunt, & in poſterum deuoluentur, eas uidelicet, in quibus non agetur ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re uerum prædictæ ſummæ ualorem non excedente, ſeu quæ inter, & contra Mercatores dictæ Curiæ pro quibuſcunque negotiis ad quamcunque ſummam aſcendant, & pro Notariis

Cauſſas ſpũales eccleſiaſticas, & profanas Cardinaliũ, eorũq; & Papæ familiariũ Prælatorum Imperatoris Regũ principum Cõitatum Oratorũ officialium Notariorũ cãmpſorum & mercatorũ, penſionũ ẽt alibi ſoluendarũ & quas per appellationẽ a quibuſcunq; iudicibus (Vicario Gubernatore & Capitolinis, dũtaxat exceptis) ẽt extra ſtatum eccleſiæ ſeu alias ad curiã deuolutas ſeu motas, inf. 200. ducat. ſummã, & inter mercatores & notarios, ac eorũ familias uſq; ad quãcunque ſummã manu regia ẽt priuatiue quoad alia tribunalia, vltra uero dictam ſummã aut inter alios quàm præfatos prout in beneficialib[9] ẽt p affixionẽ, cõtra taliter obligatos, ſed cõtra alios vſq; ad ſummam 20. cognoſcit.

riis tuis, ac inter, & cõtra ipſos, & eorum familias pro tem pore uertantur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtre pitu, & figura iudicij, ſola veritate inſpecta, etiam manu re- gia, abſque obſeruatione terminorum, qui de ſtilo, ſeu or dinatione Palatij Apoſtolici, aut alias obſeruari conſueue runt, etiam priuatiuè quoad alia Tribunalia, aliàs vero ſum mam, aut illius valorem excedentes, & inter, ac contra a- lios, quàm mercatores uertentes, ſeruatis terminis, & alias ſummariè prout in beneficialibus, eiſdemq; terminis quo- modocunque male, & nulliter, præpoſtere, ac confusè ten tis, pro minore partium diſpendio, etiam unico contextu, citatione, & audientia reiteratis, etiam per affixionem cita tionis pro tempore faciendæ ad ualuas habitationis ipſo- rum citandorum, quoad obligatos in forma Cameræ, ſeu Guarentigiæ, Ripæ, & Ripettę, ac aliis ſupradictis formis executiuis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non agetur de maiori, quàm de viginti ducatorum ſumma, audire, co gnoſcere, decidere, & ſine debito terminare: Necnon de omnibus, & ſingulis quibuſcunque, & quantumcunque enormibus criminibus, delictis, & exceſsibus, tam in Vr- be, & curia prædictis, quàm extra eas per quoſcunque, tam eiuſdem Sedis officiales, quàm dictam Sedem ſequentes, & alios etiam à iuriſdictione ordinariorum exemptos, & prædictæ ſed immediatè ſubiectos cuiuſcunque eccleſiaſti cæ uel mundanæ dignitatis, etiam epiſcopalis uel maioris, & per quoſcunque alios cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordi- nis, uel conditionis fuerint perpetratis uel perpetrandis, tã ad procuratoris fiſcalis denũciationem, & promotionem, quàm etiam partium accuſationem, uel etiam inſtigatio- nem, ſeu ex mero officio, & quoad omnes priuatiuè per- petratis per notarios tuos, ac ſubſtitutos, & alios in eorum officiis, & intus ea ſolum inquirere, & ſuper illis, tam per uiam inquiſitionis, quàm accuſationis ſeu denunciationis, & inſtigationis huiuſmodi procedere, & culpabiles reper- tos iuxta ſuorum exceſſuum exigentiam, & qualitatem quouiſmodo punire: Dummodo monitoria contra epi- ſcopos, uel eorum ſuperiores ad comparendum perſona- liter, niſi præuia commiſsione, manu noſtra ſignata, non

Reiteratio terminorun.

De oĩbus delictis per quoſcũque ẽt ẽpos vbicunq; cõmiſsis, dũmodo ad perſonaliter cõparendũ ẽpos ſine cõmiſsione nõ moneat ẽt ex officio, & quoad ꝑpetrata ꝑ notarios vel ſubſtitutos & in eorũ officijs priuatiue quoad alios cognoſcit & punit.

decer-

decernas. Necnon quaſcunque literas Apoſtolicas genera
les, aut particulares, tam ſub plumbo etiam per officium
Audientiæ noſtrarum literarum contradictarum expedi-
tas, quàm in forma breuis, & quarum ſolam ſignaturam
ſufficere conceſſum fuerit, ſupplicationes per nos, & pro
tempore exiſtentes Rom. Pont. aut in eius, ſeu noſtri præ-
ſentia ſignatas: Necnon literas pro tempore exiſtentis Ca-

Eſt ſolus executor literarũ apoſtolicarum, Camerarij & Penitẽtiarij vbi ali' datus nõ ẽ, ſed ſi alius datus fuit, accumulatiue exequitur.

merarij, & Pęnitentiarij maioris noſtrorum (dummodo
in illis, & literis Apoſtolicis prædictis alij executores deputati non fuerint) ſolus; in quibus uero deputati erunt accu
mulatiuè cum illis exequi, & ſuper illis proceſſus debitos
in forma ſolita, etiam cum promulgatione cenſurarum in
ſimilibus promulgari ſolitarum decernere: Ac tuarum, per
tuosq; Locumtenentes, ſeu quoſuis alios, tam eccleſiaſti-
cos, quàm ſeculares iudices, & tam delegatos quàm ſubde
legatos, ac etiam cauſarum dicti Palatij Apoſtolici Audito
res, uel nos, aut Rom. Pont. pro tempore exiſtentes, tam in
ſpecie, quàm in genere, ac aliàs quomodolibet in eadem
Curia pro tempore latarum ſententiarum, necnon quo-

Sententias ſuas & alias per quoſcunque latas in curia, & proceſſus generales & ſpeciales etiam ſi aliis executio cõmiſſa fuerit accumulatiue exequitur.

rumcunque proceſſuum generalium uel ſpecialium, tam
in die Cœnæ Domini, quàm aliàs cum cenſurarum, & pœ-
narum eccleſiaſticarum fulminatione fieri ſolitorum exe-
cutionem, quas etiam ſi delegatis, uel ſubdelegatis prædi-
ctis, aut quibuſuis aliis, etiam ſpecialiter per nos, & ſedem
prædictam commiſſæ fuerint, dicto Auditori accumulati-
uè, & non priuatiuè commiſſas eſſe uolumus atque decer-
nimus, ſeruatis terminis in Tribunali Auditoris huiuſmo-
di ſeruari ſolitis, etiam ſingulis diebus & horis, prout in or
dinariis conſuetum erat facere, illasq;, & illos debitæ exe-
cutioni, etiam ſi opus fuerit cum auxilij brachij ſæcularis
inuocatione demandari: Et quaſcunque communitates,
uniuerſitates, collegia, capitula, necnon etiam extra dictã
Curiam degentes perſonas pro debitis per eos in eadẽ Cu-
ria contractis, aut ſalario, ſeu contractu in dicta Curia ini-
to: degentes uero in eadem Curia, ſeu curiales eccleſiaſti-
cos ſeculares, uel regulares, etiam ab ipſa Curia abſentes
cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis etiam Pon-
tificalis, conditionis, uel pręeminentiæ exiſtentes, pro qui-

Degentes extra curiam & communitates pro contractibus & ſalariis in curia conceptis, degẽtes vero in ea ẽt Pontificalis conditionis ꝑ quibuſcunq; rebus monet ẽt per edictum.

buſuis

buſuis rebus, & pecuniarum ſummis, ad quorumuis etiam abſentium quorum intererit, pro tempore inſtantiā, quotiens expedierit, etiam per edictum publicum, cōſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto ad eos acceſſu, ad ſatisfaciendum de eorum debitis, & præſtandum ea, ad quæ pro tempore tenebūtur, monere, & citare:

Remiſſoriales & compulſoriales decernit. Eugenianæ & Leonnæ uigore p curialibus inhibet. Monitoria & citationes ēt per edictū decernit, arreſtat, & incarcerat. Pœnas relaxat & imponit. Excommunicat ſuſpendit & generaliter & ſpecialiter interdicit.

Ac literas quaſcunque remiſſoriales, & compulſoriales, tam generales, quam ſpeciales ubi, & quotiens opus fuerit arbitrio tuo decernere: Necnon etiam in vim conſtitutionis Eugenianæ, in fauorem Curialium emanatæ, ac Leoninæ, & cuiuſcunque illius extenſionis inhibere: Ac monitoria, citationes, & inhibitiones ad partes etiam per ſimile edictum decernere, eos quoque arreſtare, & carcerare, ac ſi tibi uidebitur, quaſcunque pœnas, & mulctas ſimili arbitrio dimittere, & relaxare, ac pro delictorum & exceſſuum, necnon criminum qualitate eis per te, tuosq; Locumtenentes infligere, & imponere: Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, à diuinis ſuſpendere, generaliter uel ſpecialiter interdicere, ac ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas per te, & Locumtenentes tuos, pro tempore latas, etiam iteratis uicibus aggrauare.

Excommunicati ab eo, non ab ſoluuntur ab aliis ēt de cōſenſu partium niſi in artic. mortis. Excommunicatos ab aliis abſoluit & interdicta relaxat in diebus Paſcalibus & Natalitiis.

Et quod à te, uel Locumtenentibus tuis pro tempore excommunicati, ſeu alias cenſurati ab aliis, quàm ab Auditore, uel Locumtenente prædictis, etiam de partium conſenſu, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui non poſſint, ad euitandum colluſiones ſtatuere: & cum tibi uiſum fuerit expedire, Communitates, uniuerſitates, collegia, capitula, & perſonas quaſcunque à quibuſuis ſententiis, cenſuris & pœnis, ac mulctis eccleſiaſticis, ſpiritualibus, uel tpalibus, per alios uidelicet, q̃ per te, & tuam curiam inflictis, in diebus paſchalibus, & natalitiis cum reincidentia abſoluere, necnon ſententias, cenſuras & pœnas, ac mulctas huiuſmodi, & quæcunque interdicta ſuſpendere, tollere, & eis relaxare.

Poſt mortē debitoris obligationes in forma Cameræ exequitur.

Necnon obligationes in forma Cameræ, etiam poſt mortem debitoris, quo ad illius bona tantum, etiam per uiam confeſſionis debiti per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione conſtitutis more ſolito facienda, & hæredibus legitimè citatis, ſeu aliàs arbitrio tuo exequi, &

executioni demandari facere: Et generaliter omnia, & ſingula quæ ad officium Auditoris cauſarum Curiæ hmõi de iure, uel ex priuilegio, aut uſu, ſeu literis, & conſuetudine prædictis olim ſpectabant, & quæ illi, qui pro tempore fuerunt Curiæ huiuſmodi Auditores ex conceſſis eis facultatibus facere, decernere, mandare, ſtatuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterant, ſeu conſueuerant, facere, dicere, mandare, ſtatuere, ordinare, & exequi, habituri ratos, & gratos proceſſus, & ſententias, quas tu, & Locumtenentes tui præfati pro tempore habuerint, & tulerint, ac reliqua omnia quæ in præmiſſis, & circa ea, ac quodlibet eorum fecerint, dixerint, mandauerint, ſtatuerint, & ordinauerint, ac facturi ea omnia, auctore domino, ab omnibus uſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari: Et inſuper eiſdem auctoritate, & poteſtatis plenitudine tam Iulij ſecũdi, Leonis decimi, aliorumq; prædeceſſorum huiuſmodi literas, quàm omnia, & ſingula priuilegia, indulta, facultates, iuriſdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis quomodolibet conceſſa, ac cum omnibus, & ſingulis in eiſdem contentis clauſulis ſingulas deſuper confectas literas, quarum omnium, & ſingularum literarum prædictarum huiuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, approbamus, confirmamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus; illaq; omnia ad officiũ Auditoratus, & Auditorem pro tpe, perinde ac ſi eis ſpecialiter, & expreſsè cõceſſa, & pro eis, ſeu in illorum fauorem ſtatuta, & ordinata fuiſſent, extendimus, & ampliamus. Quodq; conſtitutiones, quæ Odoardus, & Peruenit incipiunt, ac quæuis alternatiuæ ſeu moratorię, & dilationes et Salinariæ per quoſcunq; etiam eiuſdem Romanę Eccleſiæ Cardinales, Clericos Cameræ, & illius Camerariũ pro tpe decretæ quoad obligatos, vt ſupra, tam reſpectu bonorũ, q̃ perſonarum nullatenus ꝓſint, quinimò obligationes ſupradictæ debitæ executioni demandentur, etiam poſt mortem debitoris quoad bona, Et non obſtante quacunq; appellationę, & ſuperinde obtenta cõmiſſione de huiuſmodi

Confirmãtur & innouantur priuilegia, & alia prædeceſſorib. conceſſa.

C. Odoardus & aliæ moratoriæ ac ſalinariæ per Cardinalem Camerarium, Clericos Cameræ, & alios quoſcũque cõceſſæ nullatenus proſint. Commiſſio appellationis & diſcuſſio nõ retardat executionẽ data cautione Præcedẽtis Auditoris.

obligatione expreſſam mentionem nō faciente, aut diſcuſſione hæreditatis ubilibet pendente, ſi per creditores data fuerit idonea cautio in forma depoſiti de reſtituēdo id qđ receperint, prioribus, & potioribus creditoribus in euentū ſuccumbentiæ. Quodq; tu in capella, & in reliquis actibus tam publicis, quàm priuatis primum locum poſt eundem Gubernatorem, & Oratores Principum, ſi Prælati fuerint, habeas, indulgemus, ſtatuimus, uolumus, & ordinamus. Contradictores, & rebelles, tibiq; in præmiſſis non parētes opportunis iuris remediis compeſcēdi, & ad id, ſi opus fuerit auxilium brachij ſęcularis inuocādi, cæteraq; in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria & opportuna, tam in dicta Vrbe noſtra, quàm vbique locorum faciēdi, & exequendi, iuxta facultatem aliàs per piæ memoriæ Pium Papam V. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum eidem Alexandro Cardinali attributam, plenam & liberam auctoritatē, & tenore præmiſſis concedimus facultatem. Ac etiam ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi in cauſis in tuo Tribunali tā motis, quàm in futurum mouendis comparuerint creditores vſque ad ſummam quinquaginta ſcutorum incluſiuè, ꝑ quolibet, qui uerè ſunt miſerabiles perſonæ, iis de eorū credito, etiam quod non ſint priores, aut potiores, ſatisfieri poſſit, ac debeat. Mandantes propterea tibi, quatenus conſtito tibi prius etiam ſummariè, & extraiudicialiter, & quātum tibi ſufficere uidebitur, de præmiſſis paupertate, & miſeria, dictos pauperes ad ſatisfactionem eorum crediti admittas, eiſq; ſatisfieri mandes, & facias realiter, & cum effectu; ſuper quibus tibi plenam, & liberam facultatem cum ſimili poteſtate quoſcunq; vbi, & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, ac etiam ſub eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam pecuniariis, aliiſq; pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monēdi, & inhibendi, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, excommunicandi, interdicēdi, auxiliumq; brachij ſęcularis, ſi opus fuerit, inuocandi, necnō perpetuum deſuper ſilentium omni, & quacunq; appellatione, & recurſu remotis imponendi, omniaque, & ſingula

Facultas præferendi miſerabiles perſonas in diſcuſſione, ceteris ēt anterioribus vſque ad ſummam. 50.

alia

alia in prȩmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciẽdi, gerendi, & exercẽdi, iuxta conceſſionis eiuſdem Papæ Pij Quinti prædeceſſoris deſuper ipſi Alexandro Cardinali factæ, tenorem, concedimus & impartimur. Et poſtremo tibi omnes, & quaſcunq; cauſas, ut tam per te, quam Locumtenentes tuos ſuper omnibus, & ſingulis articulis, negotiis, & cauſis, in conſtitutione motu proprio ꝑ præfatum Pium Quartum prædeceſſorem pro pecuniis ad cambium, & recambium uſurariæ, & malo modo per mercatores dictæ Vrbis accipiendis facto contentis, & dependentibus ab eis, prout pro ſingulorum caſuum circunſtantiis alias de iure faciendum tibi videbitur. Non obſtante facultate Motu pro prio per Pium Quartum prȩdeceſſorem hmõi in fauorem Gubernatoris Vrbis cõceſſa, partibus iuſtitiam adminiſtres, ac in cauſis ipſis, non tãquam ſpecialis Commiſſarius, ſed prout ſolet in ſimilibus cauſis, iuxta ſuarum facultatum tenorem, & ordinarium Curiæ tuȩ ſtylum procedas, cum poteſtate citandi, & inhibendi: ac quaſcũq; inhibitiones per dictæ vrbis Gubernatorem decretas reuocandi, & criminalitates contra mercatores tollendi, aliaſq; & alia, quæ in præmiſsis, & circa ea fuerĩt neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, ac alias in omnibus, & per omnia iuxta conceſsionis per Pium Quartum prædeceſſorem hmõi Dilecto filio noſtro Flauio Cardinali Vrſino nũcupato, tunc tꝑis Curiæ cauſarum eiuſdem Cameræ generali Auditori factæ, tenorẽ, auctoritate & tenore ſimilibus committimus & mandamus. Mandãtes ꝑpea, & diſtrictius inhibentes quibuſuis iudicibus, & perſonis quocunq; nomine nuncupatis, ac quouis priuilegio munitis, etiã ſi eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerint, ſub indignationis noſtræ pȩna, ac interdicti, necnon excommunicationis ſententiis, quas ſi ſecus fecerint, eo ipſo incurrant, & à quibus, præterquam in mortis articulo conſtituti, alias quàm à Romano Pontifice pro tꝑa exiſtente abſolui nõ poſsint, ne in obligationibus ſupradictis, illarumq; executionibus, aut aliis præmiſsis contra earundem præſentium tenorem quomodolibet niſi ut præfertur, ſe intromittere, aut te, vel Locumtenentes prædictos ſuper præmiſsis moleſtare præ-

Facultas procecedendi ſuper cambiis.

Excõmunicat cõtrauenientes; qui non poſſint abſolui niſi a Papa.

 ſumant.

ſumant. Sicq; per quoſcunq; iudices etiam Commiſſarios, & etiam eoſdem Cardinales, ac cauſarum Palatij hmõi Auditores, in quauis inſtantia, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; Ac ex nunc irritum, & inane, ac nullius roboris, uel momẽti quicquid ſecus ſup præmiſsis, aut circa ea quauis auctoritate etiam à nobis, aut ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tpe exiſtentibus, abſq; expreſſo tui & pro tpe exiſtentis Auditoris conſenſu & licentia, ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca prędicto Aloyſio Cardinali & Camerario per apoſtolica ſcripta pari Motu mandamus, quatenus per ſe, uel alium, ſeu alios te, uel procuratorem tuũ nomine tuo in corporalem, realem, & actualem poſſeſsionẽ officij Auditoratus, & annexorum, iuriumq;, & pertinentiarum, ac priuilegiorum, & facultatum prædictorum, ſeu quaſi auctoritate noſtra inducat, & defendat inductũ, amoto exinde quolibet illicito detentore, faciens te, uel pro te procuratorem tuum prædictum ad officium hmõi, eiuſq; liberum exercitium, necnõ honores, onera, ſalaria, & emolumenta in ipſius Alexandri Cardinalis locum admitti, tibiq; emolumentis prædictis integrè reſponderi: contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante præmiſsis, ac noſtra de non tollẽdo ius quæſitum, aliiſq; Cancellariæ Apoſtolicæ regulis editis & edendis, & quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Curię, & Palatij ſtylo, necnon vrbis, & Cameræ hmõi, & quarumcunq; aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ac reformationibus etiam nouis & nouiſsimis, ac decretis, & ordinationibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis communitatibus, uniuerſitatibus, domicellis, baronibus, feudatariis, & aliis quibuſcũq; eidem ſedi mediate, uel immediate ſubiectis, ac quibuſuis aliis quacunque dignitate, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fungentibus perſonis, vbiuis locorum exiſtentibus, ac etiam noſtris, & ſedis

[D]ecretum irri[t]us.

prædictæ

prædictæ Nūtiis,Legatis,ēt de latere,per nos, & Romanos Pontifices pdeceſſores noſtros, ſub quibuſcūq; tenoribus, & formis,ac cū quibuſuis clauſulis & decretis,& pro qbuſcunq; cauſis ēt motu ſimilis cōceſſis, cōfirmatis, & approbatis,ac ēt iteratis uicibus innouatis, & in poſterū cōcedēdis,cōfirmandis,approbandis,& innouādis,quibus oībus, & ſingulis, ēt ſi de illis ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio habenda,& certa exquiſita forma obſeruanda foret, illorū tenores pñtibus pro expreſſis habentes, hac uice duntaxat harum ſerie motu,& ſcientia ſimilibus ſpecialiter,& expreſsè derogamus,ac pro plenè,& ſufficienter derogatum eſſe decernimus,& declaramus, ac oībus illis quæ in pmiſſis cōceſſa fuerunt nō obſtare,cæteriſq; ɔ̃riis quibuſcunque. Per pñtes aūt non intendimus reformationibus de Auditoribus hmōi, & aliis dictæ Curiæ officiis tā per Pium Quartū, & Pium Quintum prędeceſſores prædictos,quàm per nos factis,necnon Concilij Tridētini decretis in aliquo derogare,uel aliàs prǫiudicare,ſed illas & illa ſalua eſſe,ac in ſuo robore permanere. Et quæ omnia per te, & alios,ad quos id quomodolibet ſpectat, oīno & inuiolabiliter ſeruari mandamus.Et inſuper uolumus, ꝙ antequam tu officium Auditoratus hmōi exercere incipias, ſolitum de illo fideliter exercendo in manibus pfati Aloyſij Cardinalis & Camerarij,ſeu dilecti filij eius Locumtenētis præſtes iurm. Quodq; pñtium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadē prorſus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ pñtibus adhiberet̄,ſi forent exhibitæ uel oſtēſæ. Tu igitur pdictum Auditoratus officium prōpta deuotione ſuſpiciens,ſic illud diligenti ſtudio,cura,meditatione, & integritate exequaris,vt tua opera ad Dei laudē,& gloriā,ac earundē eccleſiæ,& Curię bonū publicū,priuatorumq; commoditatē,& exemplum laudabile cedāt:teq; apud nos, & ſedē pdictam, vt ſperamus, merito per amplius recommendēt. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ abſolutionis,conceſſionis,aſſignationis,conſtōnis,deputationis, ſubſtōnis, ſurrogationis, approbationis,confirmationis,innouationis,extēſionis, ampliationis, ſtatutorum,

Derogationes ēt Legatis de latere.

Tranſumptis a notario ſubſcriptis & per conſtitutum in dignitate eccleſiaſtica ſigillatis fides adhibeatur.

indulti,

indulti,inhibitionis,derogationis, uoluntatũ,mandatorũ, & decretorũ infringere,vel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽtare præſumpſerit,indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud S.Petrum, Anno Incarnationis Dñicæ millesimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, quintodecimo Kal.Aprilis, Pũtificatus noſtri Anno ſexto.

M.Datarius. Cæ. Glorierius.

T. Mandoſius.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo,Indictione ſexta, Die vero decimaquarta menſis Maij,Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Sexto,Retroſcriptæ literæ affixæ & publicatę fuerũt in ualuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ (ut moris eſt)illas ibidem per aliquantulum temporis ſpatium affixas dimittendo,per nos Marcum Antonium Brutum, & Petrũ Guerram eiuſdẽ ſanctiſſimi D.N. Papæ Curſores.

Petrus del Bequez Magiſter Curſ.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, Indictione ſexta, Pontificatus Sanctiſs.in Chriſto patris & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno ſeptimo, Die vero vndecima menſis Iulij,Retroſcripræ literæ ac omnia & ſingula in eis contenta intimata & præſentata fuerunt DD. Alexandro de Romaulis & Aſcanio Mazziotto Curiæ Reueren. D. Vicarij Vrbis notariis,& D.Lucæ Remerio eiuſdem D. Alexandri ſubſtituto, tradita cuilibet ipſorum earundem literarum copia,ac D.Cæſari Stellę Curię magnæ Ripę notario & die duodecima eiuſdem Reuerendiſs.D.Corrado Aſinario almæ Vrbis Gubernatori,ac RR.DD. Antonio Canali, Ioa.

Antonio

Antonio Fuſconio, & Angelo Michaeli Bucchio eiuſdem Locatenentibus, ac mag. D. Proſpero Caffarello nobili Romano eiuſdem notario, & D. Nicolao de Bottis eiuſdem ſubſtituto, tradita ſibi copia in eius officio, necnō Illuſtriſs. D. Galeatio Poggio Inclyti Po. Ro. Curiæ Capitolij Senatori, ac magnificis dominis Horatio Marzario Vicentino, & Petro Franciſco Giptio Bonon. eius primo & ſecundo reſpectiue Collateralibus tradita copia eidem Illuſtriſs. Senatori, Curtio Saccoccio publico notario Romano tradita ſibi copia, Laurentio Iacobino notario actuario in officio R. P. D. Pauli Alberi ſupradicti, Reuerendiſs. D. Gubernatoris Notarij tradita ſibi copia, ac D. Franciſco Gratiano Curiæ Burgi S. Petri Notario, & D. Lucio Cathenæ eiuſdē Curię notario actuario tradita ſibi copia, & die decimaquarta eiuſdem mag. D. Antonio Scappo Bonon. eiuſdem Curię burgi Iudici, Franciſco Petruccio & Tarquinio Seuero Curiæ de Sabellis notariis, Simoni Mancino notario actuario in officio eiuſdem D. Franciſci tradita cuilibet ipſorum copia, D. Simoni Gugnetto Curię ſupra dicti Reuerendiſs. Vicarij notario, & Io. Baptiſtæ Zanto eius ſubſtituto dimiſſa eidem copia, necnon magn. D. Bartholomęo Albertario Curiæ Ripettę Iudici, & D. Martio Papachio eiuſdem Curię notario actuario tradita ſibi copia, & die decimaquinta eiuſdem R. P. D. Pyrrho Taro Curiæ Reuerendiſs. Vicarij ſupradicti Vicegeren. & R. D. Mario Martio eiuſdem Reuerendiſs. Vicarij in ciuilibus locumtenen. tradita copia eidem R. P. D. Pyrrho; Mag. D. Curtio Victorio nobili Romano Magnæ Ripæ Camerario tradita ſibi copia, mag. D. Dominico Grattarola Curiæ de Sabellis Iudici, necnon magnificis D D. Paulo Falcunerio, & Marco Antonio Vbaldino nationis Florentinæ in Vrbe reſpectiue Cōſuli & Conſiliario, & D. Auguſtino Camello eorum notario tradita ſibi copia, omnibus Romæ perſonaliter repertis, inhibendo eiſdem ſingulariter iuxta earundem literarū formam, per me Scipionem de Octauianis Apoſtolicum Curſ.

Caliſtus Brunettus Magiſter Curſ.

FINIS.

Deputatio curatoris bonis iacentibus.

IN Nomine Domini &c. Anno &c. Comparuerunt coram R. P D. Dionyſio Ratta iuris vtriuſque doctore, vtriuſque ſignaturæ Sanctiſsimi D. N. Papæ referendario, Illuſtriſsimi D. Auditoris Cameræ in ciuilibus Locumtenente &c. meq; Notario &c. Magnifici DD. Iulius Boſcus, & Hieronymus Vareſius deputati a creditoribus D. N. olim mercatoris in vrbe, & pro omni eorum priuato, & particulari intereſſe, & dictis nominibus reſpectiue, ſtante notoria decoctione, & fallimento dicti N. petierunt ad inſtantiam & commodum, ac vtilitatem dictorum creditorum, & vt celerius eis de eorum reſpectiue creditis ſatisfiat, aliquem in curatorem bonis iacentibus dicti N. deputari. Qui curator ad eorundem creditorum utilitatem, & vt celerius eorum credita conſequi poſsint, & valeant, omnes & ſingulas actiones mouere, pertractare, agere, defendere, proſequi, & experiri, in iudicio, & extra poſsit, & valeat; & confiſi præfati DD. Iulius, & Hieronymus nominibus quibus ſupra de fide D. A. Petierunt eundem D. A. in curatorem bonis dicti D. N. vt ſupra deputari omni meliori modo &c. Qui R. P. D. Locumtenens attendens requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, dictum D. A. ibidem præſentem, & onus huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientem in curatorem bonis præfatis, ad effectum omnes & ſingulas actiones contra quoſcunque mouendi, & per quoſcunque motas actiue & paſsiue pertractandi, agendi, defendendi, & proſequendi, in iudicio & extra, necnon pecunias, & credita quæcunque exigendi, & recuperandi, ad effectum, ut beneficio dictorum creditorum deponantur penes aliquem campſorem, fide, & facultatibus idoneum per ſupradictos DD. Deputatos deputandum, & de exigendis, & recuperandis quoſcunque quietandi, ac iura & actiones ſi opus fuerit cedendi cum clauſulis ſolitis ad lites, & cum omnibus facultatibus & auctoritatibus talibus curatoribus dari ſolitis, & de iure requiſitis, & in ſimilibus negotijs neceſſarijs, & opportunis deputauit; D cendo eidem curator eſto, & vtilia pro dictis creditoribus, & bonis

facito, & inutilia prætermittito, & quod ita faciet præfati Magnifici DD. Iulius, & Hieronymus proprijs, & priuatis nominibus, ac uti principales, principaliter & inſolidum ſcientes &c. ſponte, &c. pro dicto D. A. fideiuſſerunt & promiſerunt, quos DD. Iulium, & Hieronymum ſic promittentes, præſentes &c. dictus D. A. a promiſsione & fideiuſsione huiuſmodi indemnes penitus, & ſine damno releuare promiſit, ita quod &c. alias &c. de quibus &c. Pro quibus omnibus præmiſsis, &c. Super quibus omnibus idem R P. D. Locumtenens pro tribunali, vt ſupra ſedens, ad petitionem & inſtantiam dictorum DD. deputatorum auctoritatem ſuam qua fungitur interpoſuit, ſupplendo omnes, & quoſcunque tam iuris quàm facti defectus, ſi qui forſan in præmiſsis interuenerint, omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus teſtibus &c.

Deinde & incontinenti Coram eodem R. P. D. Dionyſio Ratta Locumtenente præfato in loco vbi ſupra pro tribunali ſedente, meque notario &c. Comparuit idem D. A. curator vt ſupra deputatus, cum præſentia, decreto, & auctoritate dicti R. P. D. Locumtenentis conſtituit eius, & dictorum bonorum dicti N. vel illius creditorum, & deputatorum prædictorum actorem D. Iohannem Baptiſtam Sellam in Romana Curia cauſarum procuratorem, præſentem, & onus huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientem ad omnes, & ſingulas dictorum bonorum, ſeu illorum creditorum dicti N. lites, & cauſas ciuiles & criminales, prophanas, meras & miſtas, motas & mouendas, actiue & paſsiue contra quaſcunque perſonas, &c. in quocunque foro, ſiue iudicio atque inſtantia, & coram quibuſuis DD. Iudicibus comparendum, agendum &c. cum clauſulis ad lites, & generaliter &c. Promittens &c. releuans &c. ſuper quibus omnibus idem D. A. curator præfatus petijt a præfato D. Locumtenente, ut auctoritatem ſuam, & decretum interponat. Qui R. P. D. Locumtenens, cauſa cognita, ſuam auctoritatem pariter, & decretum interpoſuit. Supplens &c. ſi qui &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ vbi ſupra, præſentibus quibus ſupra teſtibus, &c.

Nec ſupraſcriptas proxime deſcriptas formas prætereundas, ſed

ſed hic omnino tanquam nedum in D. Auditoris Cameræ, verum etiam omnibus alijs vrbis tribunalibus neceſſariam conſcribendas fore cenſui; quoniam eueniente caſu decoctionis alicuius mercatoris, qui timore carcerum ſtatim fugam arripit, relictis quampluribus bonis iuribus, & actionibus in quibus ſuccedunt illius creditores, qui ad effectum eorum credita conſequendi, & eorum actiones contra quoſcunque in iudicio, & extra experiendi, pro ualiditate proceſſus deſuper faciendi, curant ad præſcriptam curatoris deputationem deuenire, cuius formam tanquam huic rei conuenientem ſuperius habes.

FINIS.

Index omnium per ordinem in præſenti libello contentorum.

AVctoris cōſilium in hoc tractatu componendo. cap. j. pag. 1

Agens ad conſequutionē pecuniarū ſocietatis an teneatur docere de ſuperuiuentia illius in cuius uitæ periculum ſunt poſitæ pecuniæ. cap. xx. 21

Auditor Cameræ eſt ſolus conceſſor terminorum, & cenſurarum priuatiue quoad alios iudices.cap.xxviij. 32

Auditor Cameræ quo pacto reuocet inhibitiones conceſſas per eum debitoribus in non ſuo tribunali conuentis. cap.xxxvij. 32

Audientia contradictarum quid ſit, & quare citationes per eam fiant. cap. xliij. 52

Auditor Cameræ negat interdum exequutionem mandatorum extra curiam relaxatorum in cu. capitolij, & Vicarij.Papæ. cap.xlviij. 67

Actor tenetur ſpecificare ſummam petitam. cap.l. 70

Auditor Cameræ reponit appellātem quandocunque in cauſis exequutiuis etiam ſi decretum in iudicatum tranſierit.cap.lj. eadem.

Auditor cameræ ſolet reponere,a quibuſcunque decretis diffinitiuis. cap. lj. 70

Secus ſi decretum latum eſſet per cedulam in ſcriptis.cap.eodem. 71

Aditionis hæreditatis, & inuētarij confectionis formula. cap.liij. 76

Actio ſpolij cōpetit etiam hæredi ſpoliati. cap.j. lib. 2. 84

Auditor Cameræ quarum cauſarū ſit competens iudex. cap.ix. 99

Auditor Cameræ officialium,curialiū, & mercatorum eſt iudex ordinarius.cap.eodem. eadem

Eſt etiam iudex ſuperintendens cur. Burgi Turis Nonæ, & curiæ de Sabellis.

Articulis quomodo ſit reſpondēdum. cap. ix. 103

Articuli fiunt poſitiue, non autem interrogatiue. cap.x. 104

Arreſta quæ cautionis gratia fiūt quomodo reuocentur. cap.xviij. 115

Quo pacto reuocentur quando fiunt cauſa exequutionis. cap.eod. ead.

Aliud remedium illorum reuocation. cap. eodem. eadem

Auditor Cameræ procedit ad pœnas cōtumaciales contra eum,qui ſpreto arreſto illicentiatus recedit. cap. xviij. 117

Auditor Cameræ eſt iudex quarumcūque appellationum.cap.xix. 118

Audi-

Auditor Cameræ ſi pronuntiat vti iudex ordinarius in exequutione rei iudicatę,qui termini ſeruantur. cap. xx. 120
Si tãquàm iudex delegatus opus eſt commisſione. ead.
Auditor Cameræ contra quas perſonas criminaliter procedat. cap.xxj. 122.
Citat quoſcunque vbi vis degentes pro delictis in bulla cęnæ Domini. cap. eodem. eadem
Auditor Cameræ dat monitorium ad perſonaliter comparendum ſi probatio eſt in promptu.cap.eod. ead.
Et quid faciat ſi probationes nõ ſint in promptu.cap.eodem. ead.
Auditor Cameræ admittit verificationem clauſulæ cõſtito de qua in breui per ſemiplenas probationes.cap. vj. 145
Abſolutio quomodo detur a cenſuris relaxatis ob non paritionem breuis.cap.eodem. 147
Auditor Cameræ ab alijs cenſuris aliquibus exceptis abſoluit ad cautelam ad effectum agẽdi.cap.eo. 148
Abſolutio non datur a cenſuris latis in curia niſi cauſa cognita. cap. eod. eadem.
Auditor Cameræ non exequitur ſentẽtias latas extra cu. niſi præuia commiſsione.cap.viij. 153
Secus ſi debitor reperitur in cur. & quomodo tũc procedatur. cap.eo. eadem.
Aggrauatoria cum bracchio ſeculari. 183

B

Bracchium ſeculare.cap.iij. 3

C

Citatio prima ad proceſsũ exequutionis ſimplicis, & antiquæ cam: obl.cap.iij. 3
Ceduloni ſeu excommunicationis formula.cap.eodem. eadem
Cedulonus aggrauatorię.cap.eodem. eadem.
Conſenſus utriuſque partis requiritur in contractu ſocietatis.cap.xv. 16
Caſus obitus in ſocietatibus excepti. cap.xviij. 19
Caſus obitus hominis qui poſt lethale acceptum uulnus mortem ſibi conſciuit. cap.xix. 20
Creditor ſocietatis agens ad confectionem ſuarum pecuniarum, an teneatur docere de ſuperuiuentia eius in cuius uitæ periculum ſunt poſitę pecuniæ. cap.xx. 21
Cenſus quid ſit, & quare inuentus. cap.xxiiij. 25
Quomodo cenſus huiuſmodi imponantur.cap.eodem. eadem
Citatio quæ fit ad proceſſum exequutionis inſtrumẽtorum receptorum poſt reformationem Pij Papæ V. cap.xxvij. 32
De calculis qui inter collitigantes fiunt. cap.xxxiiij. 46
Cenſuræ relaxatæ plus debito nõ ſubſtinentur etiam pro ſumma debita. cap. xxxvj. 49
Cedula ſubhaſtationis quid ſit, & quãtum ſoluatur curſori pro illa habenda. cap.xl. 55
Creditor comparens ante addictum pignus,utrum deliberationem impediat. cap.xlij. 57
Contradictæ exemplar.cap.xliij. 60
Citatio per Aud. Cam. decreta etiam poſt illius ad Cardinalatus aſſumptionem

ptionem uel obitum exequi poteſt & quare.cap.xliiij. 63
Creditore mortuo poſt monitorium exequutum,& reproductũ an aliud requiratur.cap.xlv. eadem
Citationes in cauſis exequutiuis uigore obl. cam. uſque ad quancumque ſummam, & in ordinarijs uſque ad 20.duc. domi dimiſſa cop.exequuntur.cap.xlviiij. 68
Citatio non poteſt fieri ad hodie per totam niſi fiat perſonaliter. cap.eo. eadem.
Citatio prędicta facta ad hodie per totam dimiſſa cop. eſt nulla,nec conualeſcit etiam ſi expectetur prima dies iuridica.cap.eodem. eadem
Citatio pro obtinẽda exequutione in bonis debitoris qui in cur.obijt nullis relictis hæredibus.cap.lij. 72
Curator deputatur hæreditati iacenti. cap.eodem. eadem
Curſorum auctoritas.cap.lij. 73
Clauſula apponenda per Notarios in actu conſignationis teſtamẽti. liiij. 78
Creditor miſſus in poſſeſsionem uigore Saluiani interdicti quid facere debet pro ſui crediti conſequutione.cap.ij.ex libro 2. 89
Cauſæ exequutionis literarum apoſtolicarum cognoſcuntur ab A. C.capit.ix.99.
Cauſæ ordinariæ a 20.duc.infra inchoantur per uiam citationis. cap.eod. eadem.
A ſexdecim infra datur exequutio non obſtante quacunque appellatione.cap.ix. eadem
Contra quos proceditur uia citationis.cap.eodem. eadem
Citationes in cauſis ordinarijs a 20. ſupra perſonaliter fiunt.cap.x. 104
Citatio quæ præmittitur in delatione iuramẽti in litẽ, & decretum quod deſuper fit.cap.xiiij. 112
Cautiones quæ iudicialiter dantur periculo notarij recipiũtur. cap.xviij. 116.
Cenſuræ non dantur contra debitorẽ in iudicio inchoato cum procuratore.cap.xv. 112
De cauſis deuolutis ad Aud.Cameræ per viam appellationis, & illarum proceſſu.cap.xix. 118
Commiſsio pro exequutione rei iudicatæ. cap.xx. 120
De Cauſis criminalibus, & illarum proceſſu. cap.xxj. 122
Citatur procurator fiſcalis in omnibus actibus, & iurium copia ad eũ mittitur.cap.eodem. 123
Criminales cauſæ litis cõteſtationem non exigunt.cap.eodem. eadem
Citationes quæ fiunt contra monitum non comparentem.cap.eod. 124
Conſuetudo concedendi monitoria cum inſertione litterarum abſque commiſsione quomodo ſaluetur. cap.ij.ex libro 3. 131
Commiſsionis huiuſmodi formula. cap.eodem. eadem
Citatio ſufficit contra perſonaliter in curia apprehenſum pro penſionis ſolutione motu proprio aſsignatæ. cap.iij. 138
Clauſula euitanda in monitorijs uigore breuis.cap.vj. 143
Clauſula conſtito de qua in breui,quo modo uerificetur.cap.eod. eadem
Cenſuræ non dantur contra non perſonaliter intimatum.cap.eod. 144
Secus ſi poſt monitorium ſit conſtitutus procurator ſpecialiter ad illã cauſam.cap.eodem. 145
Clauſula cõſtito de qua in breui,quo modo

modo habeatur pro ſufficienter uerificata ab A.C. 145
Compulſoriales literæ quãdo,& quomodo concedantur.cap.eod. 150
Citatio pro exequutione literarũ compulſorialium. cap.ix. 154
Citatio extra cu.pro exequutione obl. cam: ex libro 4. 157
Cedulonus in pede mandati exequutiui cum excommunicatione in ſubſidium. 182
Citatio pro aſſumptione cauſæ deuolutę ad Ro.cu.per lapſũ biẽnij. 194

D

DEcreta diffinitiua iudicis ſubſcriptionem exigunt. cap.v. 6
Differẽtia inter exequutionem oblig. cam.celebratæ in cur. & extra eam. cap.vj. 7
Decretum quod abſtineatur a fulminatione cenſurarum, & quando. cap.viij 8
Diſdicta ſocietatis, & quomodo debeat intimari. cap.xvj. 17
Debitor in mora conſtitutus cogitur ad ſolutionem fructuum ratione damni emergentis. cap.xxiij. 23
Differentia inter terminum, & cenſuras. cap.xxviij. 36
Dilatio conceditur debitori ad docendum de ſolutione ſi ea in partibus ſit deſtinata. cap.xxxj. 40
Secus in obligationibus cambiorũ. cap.eodem. eadem
Diligentia quæ fit pro obtinenda excommunicatione. cap.eodem. 41
Differentia mandatariorum a curſoribus. cap.lij. 74
Declaratio Viduis proficua coram iudice facienda. cap.liij. 75
Deſignatio formę publicationis teſtamenti in ſcriptis. cap.liiij. 77
Declaratio Papæ ſuper exequutione literarum pẽſionis nuperrime facta ex libro 3. cap.v. 139
Dilationes ad partes in exequutiuis regulariter non cõceduntur. c.vj. 148
Et quando in aliquibus caſibus conceduntur.cap.eodem. eadem
Dilationes quæ conceduntur ad probandum, & quæ ad reprobandum. cap.vj. 150
Differentia inter compulſoriales, generales,& ſpeciales. cap.vj. 150
Duplicatum mandati exequutiui tempore præceſſoris Auditoris relaxati ex libro 4. 180
Aliud ſimile. eadem
Deputatio curatoris ſub bonis iacentibus. 233

E

EXtenſio formæ cameræ.cap.vj. 7
Exceptio quæ admittitur poſt ſuſceptionem termini.cap.xxviij. 37
Excommunicatio in iuris ſubſidium pro quibus locis concedatur. capit.xxxj. 41
Excõmunicatio contra epiſcopos,prælatos, & magnatis non conceditur niſi de mandato Papæ.cap.eod. 41
Exhibitionẽ librorum petens nõ tenetur declarare devolendo illis ſtare, niſi ſi,& ꝑut de iure.cap.xxxiiij. 47
Exemplar mandati de aſſociando. capit.lv. 79
De examine teſtium. cap.xj.ex lib.2. 106
De exequutione rei iudicatę,& illius proceſſu. cap.xx. 120
Exequutio literarum remiſſorialium, & compulſorialiũ conſueuit committi perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ,licet hoc non ſit de neceſsi-

neceſsitate.cap.vj. 150
Exequutio literarum apoſtolicarum non datur niſi præuio monitorio. cap.vij. 152
Exceptiones rei non attenduntur in hoc iudicio exequutiuo niſi ex ventre illarum oriantur.cap.vij. eadem
Exequutoriales Rotæ antiquitus exequebantur ab Aud. Cameræ nullo præcedente monitorio, ſecus hodie ſeruatur. cap.viij. 153
Excommunicatio in ſubſidium diuiſa a mandato poſt relaxationem mandati. 182

F

FOrmulæ cam.oblig.antiquitus vſu receptæ.cap.ij. 2
Diuerſe aliç formulæ traditç in reformationibus tribunalis A. C. inferius deſcriptis cap.ix.& x. 8.& 10
Fides ſeu memoria ſocietatis fieri conſueta.cap.xiiij. 14
Et quare huiuſmodi fides fieri cōſueuerit.cap.eodem. eadem
Fructus ſocietatis ad quam rationem ſoluuntur. cap.xxiij. 23
Quando ceſſat ſolutio fructuum. cap.eodem. eadem
Fructus ſocietatis non ſoluuntur diſſoluta ſocietate vltra ſeptem prq centenario.cap.eodem. eadem
Non factis diligentijs nulli ſoluuntur fructus.cap.eodem. eadem
Formulæ mandatorum de ſubhaſtandis pignoribus.cap.xl. 53 & 54
Furioſo quomodo deputatur curator cap.lij. 73
Formula mandati de aſſociando. capit.lv. 79
Fideiuſſor in formæ depoſiti obligatus an habeat aliquas exceptiones. cap.xviij. ex libro 2. 116
Fatalia vnde dicanē,& quare.c.xx. 120
Fiſcus non condemnatur in expenſis. cap.xxj. 123
Facultates Illuſtriſsimi,& Reuerēdiſs. D.Hieronymi Matthæi. 217

H

HAeres quo caſu teneatur de proprio ultra vires hæreditarias. capit.xliij. 62
Hæreditatis aditio, & inuentarij confectio infra quot tempus ſint faciēdæ.cap.liij. 74
Requiſita in hæreditatis aditione, & inuentarij confectione.ca.eod.ead.
Hæres debitoris non poteſt infra tempus conficiendi inuentarium conueniri,& quando. cap.eodem. 75
Hypothecaria, & Seruiana actio cōtra quos detur.cap.ij.ex libro 2. 86
Hæredi certo inſtituto illi non autem hæreditati iacenti curator deputatur. cap.lij. 72

I

INtereſſe cambiorum ad quam rationem antiquitus ſoluebatur.c.xij. 12
Et quomodo hodie obtinentur, capit.eodem. eadem
Inſtrumēto ſocietatis deperdito quomodo, & contra quem ſit procedēdum.cap.xxj. 22
Inſtrumentum cenſus.cap.xxv. 26
Inſtrumenta celebrata extra cur. ante reformationem Pij Papæ V.quomodo exequuntur.cap.xxvj. 30 & 31.
Inſtrumenta recepta extra tribunal Aud.Cam. vel extra cur. quomodo nunc exequuntur.cap.xxix. 38
Iuramentum eſt tranſitorium ad hæ-

redes quo ad illius obſeruantiam, ſecus quo ad pęnā periurij c.xliij. 61
Intimatio ceſsionis fit per cōtradictas ſecus ſi facta eſt in fauorem tertij non obligati. cap.xlvj. 65
Interdictū vnde vi cui detur ex lib.2. cap. vij. 97
De iudicijs ordinarijs. cap.ix. 98
Iudicium poteſt inchoari cum procuratore generaliter conſtituto. capit.xv. 112
De iudicio diffamationis,& illius ſeruatione terminorum. capit. xvj. 112.& 113
Impugnatio ſtyli Notariorum. A. C. cap.xvij. 114
Iudex appellationis non poteſt canonizare nouum ius,& quomodo debeat pronunciare.cap.xix. 118
Inſtigator apertus poteſt in expenſis condemnar. cap xxj. 123
Inſtrumētum ſubdelegationis iudicis pro fructibus liquidandis quomodo concedatē ex lib.3.cap.eod. 147
Iudex remiſſorię eſt merus exequutor & articulos admittere nequit, & propterea dantur in cu. capit.eod. 149
Inſtrumentum remiſſoriæ ex libro 4. 167
Aliud prorogationis termini remiſſoriæ. 169
Aliud reſpōſionis ad articulos de partibus tranſmiſſos. eadem
Aliud admiſsionis ꝑ ꝓcuratorē. 170
Aliud prorogationis termini ad cōparendum. eadem
Aliud ſententiæ diffinitiuæ. 171
Aliud ſententiæ declaratoriæ. eadem
Aliud ſubdelegationis pro fructibus liquidan. 172
Aliud reintruſionis ad priſtinas cenſuras. 174
Aliud appellationis. eadem
Aliud repoſitionis. 175
Aliud remiſsionis cauſę ad partes. ea.
Aliud reuocationis ſequeſtri. 176
Aliud reuocationis exequutionis. ea.
Aliud examinis teſtium. 117
Aliud atteſtationis vitæ. eadem
Aliud ſimile per teſtes. eadem
Aliud intimationis litis. 178
Aliud extenſionis formæ came. 179
Inhibitio vigore litis pendentis. 191
Intimatio redemptionis cenſus. 193

L

Liquidatio cambiorum quomodo hodie fiat.cap.vij. 12
Legatarius ſimplex legatum de manu hæredis capit. cap.v. 94
Legatario competit actio exequutiua pro conſequutione legati. cap.cod. eadem
Litteræ pro habendis inditijs. 192
Litteræ loco remiſſoriæ. 193
Litteræ facultatum Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi.A.C. 217

M

Mercator reo petente cogitur libros exhibere. capit.xxxiiij. 47
Modus procedendi ad exequutionem inſtrumenti contra Communitatem.cap.xxxv. 48
Mandatum obtentum pro ſumma indebita ſubſtinetur ab.A.C. pro ſumma debita, ſed non pro expenſis. cap.xxxvj. 49
Mandata exequutiua quibus caſibus reuocantur.cap.eodem. eadem
Mandata exequutiua quomodo exequantur. cap.xxxix. 52

Manda-

Mandatum de deliberando. capit.xlj. 57
Mandata vi.cam. obl. in cu.Capitolii, & Vicarij aliquando relaxantur. cap. xlviij. 67
Mandata hæc nequeunt extra vrbem vltra quadrageſimum ab ea lapidem exequi, & quare. capit.xlviij. eadem
Modus procedendi in iudicio poſſeſſorio.ex lib.2.cap.1. 82
Monitorium vi Saluiani interdicti. cap.eodem. eadem
Monitorium ſuper iactationibus in iudicio retinendæ.2. capit. eodem. eadem
Aliud ſimile pro exactione penſionis.cap.eodem. eadem
Aliud ſimile contra ſucceſsorem in beneficio. cap.eodem. 83
Monitorium ex remedio recuperandæ. cap.1. 83
Mandati formula obtenti vi Saluiani interdicti. cap.ij. 89
Mandatum de immittendo vigore remedij.l.fin.C.de edict. Diui Adr.tollendo.cap.iiij. 91
Modus procedendi ad aperitionem, & exequutionem teſtamenti in ſcriptis. cap.eodem. 92
Et quomodo procedatur ſi teſtamentum caret requiſitis. capit.eod. eadem
Monitorium vigore interdicti quorum legatorum. cap.v. 94
Monitorium contra legatarium pro reſtitutione legati. capit. eodem. eadem
Mandatum quod conceditur in iudicio retinendæ. cap.vj. 95
Modus antiquus concedendi mandata de manutenendo. capit.eodem. 96
Et quomodo hodie concedatur. capit. eodem. eadem
Monitorium de reſpondendo articulis.cap.eodem. 103
Monitorio hoc non eſt opus in cauſis exequutiuis.cap.x. 104
Monitoria per edictum conceduntur ab A. C. quando cauſa cognoſcenda eſt in curia. capitulo xiij. 109
Quomodo hæc monitoria decernuntur, & quomodo exequuntur. cap.eodem. eadem
Monitorium quod fit in iudicio exhibitionis. cap.xiij. 110
Monitorium cum arreſto contra debitorem in curia repertum quomodo reuocetur. cap.xviij. 118
Merces qua ſoluitur ſubſtituto fiſcali examini interuenienti. capit. xxj. 123
Modus procedendi ad exequutionem literarum compulſorialium, ex libro 3. capit.ix. 154.& 155
Monitorium de deſiſtendo a moleſtijs.ex libro 4. 158
Aliud pro ſolutione penſionis. 159
Aliud ſuper manutentione in poſſeſſione exigendi. eadem
Aliud de reddendo adminiſtrationem. 160
Aliud vigore bullæ Eugenianæ. eadem
Aliud pro exequutione literarum collationis beneficij. 161
Aliud vi Saluiani interdicti. 162
Aliud ſuper ſpolio. eadem
Aliud ad perſonaliter comparendum. 163
Aliud pro libertatis donatæ conſeruatione. eadem
Aliud pro exequutione litterarum reuocationis priuilegiorum. 165

Aliud vigore breuis ad fauorem litterarum. 167
Mandatum exequutiuum. 179
Aliud loco cenſurarum in obligatione ſuſceptarum. 180
Mandatum exequutiuum cõtra bona hæreditaria. 181
Mandatum exequutiuum cum excommunicatione in ſubſidium. 181
Mandatum de aſſociando. 184
Aliud de conſignando fructus ſequeſtratos. 185
Aliud de tranſportando. 186
Aliud de reponẽdo in poſſeſsionem domus. 187
Aliud in exequutionem trium ſentẽtiarum. 188
Aliud de immittendo in poſſeſsionem ex remedio l. fina. C. de edict. Diui Adria. tollendo. 189
Monitorium pro exequutione litterarum apoſtolicarum in forma dignũ expeditarum. 195
Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſsione exigendi penſionem, & & exequutiuum. 195
Aliud de immittendo in poſſeſsionẽ prouiſum apoſtolicum litteris expeditis. 199
Monitio Notarijs Tribunalis non inutilis. 201

N

Nulla citatio poteſt fieri ad hodie per totam, niſi perſonaliter fiat. cap.xlix. 69
Iſtech citatio facta ad hodie per totam dimiſſa copia eſt nulla, nec conualeſcit, etiam ſi expectetur prima dies iuridica. cap. eodem. eadem
Notarius non debet vi decreti iudicis pendente termino decendij ad appellandum. capitulo xviij. 116

O

Obligationis Cameralis formulæ antiquitus vſu receptæ. c.ij. 2
Obligationis Cameralis formula in qua conſtituebatur certus Procurator. cap.ix. 8
Alia in qua requirebatur iudicis præſentia. cap. eodem. eadem
Alia ſimilis in qua renunciatur appellationi. cap.x. 10
Alia ſimilis in qua conſentitur in relaxationem mandati, & cenſurarũ. cap. eodem. eadem
Obligationis cambij hactenus obſeruata. cap.xij. 12
Oblatoribus pignorum impune pœnitere licet. cap.xlj. 56
Obligatio Cameralis non habet actionem paſsiuam ſed tantum actiuam ex parte creditoris. cap.xlix. 69

P

Proceſſus exequutionis oblig. cameralis in qua eſt conſenſum in mandatum vnica præuia citatione cap.iiij. 5
Proceſſus ſimilis oblig. in qua eſt conſenſum in mandatum abſque citatione. cap. eodem. 5
Proceſſus exequutionis oblig. cenſuratæ annexæ contractibus extra cu. factis. cap.vij. 7
Proceſſus ad excõmunicationem obligatorum in forma cameræ. capit.xj. 10
Proceſſus ad excommunicationem poſt relaxationem mandati. capit. eodem. 11
Pecuniæ ſocietatum quando ſuperlucran-

cantur. cap.xv. 15
Plures modi diſſoluendi ſocietatem. cap.xvij. 18
Et quando ſocietas non diſſoluitur. cap.eodem. eadem
Proceſſus ad exequutionem inſtrumentorum poſt Pij. V. reformationem. cap xxvij. 32
Proceſſus exequutionis inſtrumentorum ſimplici Camerali obligatione vallatorum, in quibus eſt diſtincta ſolutio extra cu. capitulo xxxj. 40
Proceſſus ad exequutionem obl: cam: in tribunali A. C. celebratæ, in qua in mandatum, vna vel bina citatione præcedente ſit conſenſum. capitulo xxxij. 42
Proceſſus ad exequutionem ſimilium inſtrumentorum extra tribunal receptorum.cap xxxiij. 47
Petens exhibitionem librorum an ſimpliciter teneatur declarare de volendo illis ſtare cap. xxxiiij. ead.
Plures caſus quibus mandata exequutiua reuocentur.cap.xxxvj. 49
Proceſſus exequutionis inſtrumenti, in quo notarius omiſit apponere ſub qua forma debitor ſe obligauit. cap.xxxvij. 51
De pignorum ſubhaſtatione. cap.xl. 53
Proceſſus faciendus in ſubhaſtatione pignorum. cap.eodem. 54
Proceſſus faciendus in deliberatione pignorum.cap.xlj. 56
Proceſſus exequutionis obliga: cam: quando eſt facta perſonarum mutatio.cap.xliij. 59
Proceſſus exequutionis obl: cam: non alteratur ex commiſsione excitatoria iuriſdictionis. cap.xlix. 68
Poceſſus eſt ordinarius quando reus petit abſolui ab impetitis. capitulo eodem. eadem
Proceſſus qui fit contra hæredem minorem.cap.lij. 73
Proceſſus exequutionis clauſulæ conſtituti. cap.lv. 79
Pactum conſtituti vel præcarij non exercetur contra tertium poſſeſſorem niſi eo citato. capitulo lv. 80
Proceſſus in iudicio poſſeſſorio. capitulo j. ex libro 2. 82
Proceſſus vigore Saluiani interdicti. capitulo ij. 85
Petitorium quandocunque ante ſententiam ſuſpendi poteſt. capitulo eodem. 86
Proceſſus vigore interdicti quorum bonorum. capit.iij. 90
Contra quem concedatur, & cui competit. cap. eodem. eadem
Proceſſus vigore interdicti quorum legatorum, & cui hoc interdictum competit. cap. v. 93
Poſſeſſorium retinendæ. capitulo vj 95
Poſſeſſorium recuperandæ. capit.vij. 97
Proceſſus contra ſequeſtratarium. capitulo ix. 99
Proceſſus in cauſis reſtitutionis in integrum.capitulo viij. 97
Proceſſus in cauſis ordinarijs a 20.ducatis, vſque ad ducentos. capit.x. 101
Procurator quando teneatur ſe examinare tanquam teſtis. capit. eodem. 103
Publicatio teſtium quando impediat examen nouorum teſtium.capit.xj. 106
Proceſſus in cauſis ordinarijs a 200. ducat.ſupra.capitulo xij. 107

Proceſſus qui requiritur in iudicio exhibitionis.cap.xiiij. 110

Proceſſus faciendus inter & cōtra mercatores.cap.xvij. 114

Procedens ad expeditionem cauſæ appellationis integrū proceſſum producere tenetur.cap.xix. 118

Proceſſus uigore litterarum reſeruationis penſionum cōtra conſentientem.ex lib.3.cap.j. 126

Proceſſus pro conſequutione penſionis cōtra ſucceſſorem in beneficio. cap.ij. 130

Et quæ ſint in hoc iudicio uerificāda. cap.eod. ead.

Idem proceſſus ſeruatur in exequutione literarum reſeruationis fructuum loco penſionis.cap.eo. 133

Proceſſus ad penſionis aſſecutionem uigore ſupplicationis cum clauſula litteris expeditis.cap.iiij. 138

Proceſſus exequutionis litterarum in forma breuis expeditarum. cap.vj. 141

Procurator in actu conſtitutionis nominatus non debet niſi ex benigni tate citari.cap.eod. 145

Proceſſus ad exequutionem literarum apoſtolicarū in forma gratioſa anti quitus ſeruatus.cap.vij. 152

Proceſſus fulminati in hoc negotio nō conceduntur ſub ampla forma, ut prius, & conceſsi non exequuntur. cap.vij. ead.

Proceſſus uigore literarum compulſorialium.cap.ix. 154

Proceſſus ad exequutionem literarū remiſſorialium.cap.eod. 155

Q

QVindecim dies diſdictæ ſocietatis quando currere incipiant. cap.xvj. 17

Et quomodo antiquitus enumerabatur.cap.eod. eadem.

Quare Pius V. modum hunc ſubſtulerit.cap.eod. ead.

Quibus caſibus concedatur non grauetur.cap.xxvij. 35

Quæ exceptio admittatur poſt ſuſceptionem termini.cap.xxviij. 37

Quę non debent apponi in monitorio ui Saluiani interdicti ne prębeatur occaſio appellandi.c.ij.ex lib.2. 86

Quid ꝓbare neceſſe eſt in iudicio Saluiani interdicti.cap.eod. ead.

Quęſtio in iudicio actionis hipothecariæ.cap.eodem. eadem.

R

REcognitio iurium quandocunq; per Notarium recipitur.capit. xxxiij. 44

Recognitio quomodo annotetur.cap. eodem. ead.

Recognitio licet fiat poſt terminum retrotrahitur ad diem termini. c.eod. eadem.

Recognitio eſt facienda per teſtes deponentes ſe vidiſſe ſcribere. cap.eodem. 45

De ſtylo tribunalis contrarius eſt vſus, & quid ſufficiat.cap.eod. ead.

Recognitio per comparationem quomodo ſit facienda.c.xxxiij. 45

Requiſita ad ualide obtinēdā exequutionem ob.cam.quæ ſubſtituti officium concernunt.cap.xlvj. 64

Remiſſoria pro liquidatione cam. ob. non conceditur niſi principali legitime citato,licet ſtylus A. C. id forte concedat.cap xlvij. 66

Requiſita in publicatione teſtamenti in ſcriptis conditi.cap.liiij. 77

Recognitio ab inquilino facienda in actu

actu poſſeſsionis.cap.lv. 79
Remedium Saluiani interdicti aduerſus quem concedatur.ex li.2.c.j. 1
Remedium l.fin. C. de edict. D.Adria. tollendo. Vtrum competat fideicommiſſario, & quid in hoc Rota deciſerit.cap.iiij. 92
Remedio quo vti debet appellans nō habens in promptu cedulam appellationis.cap.x. 105
Rotulus remiſſoriæ.ex lib.4. 168
Reformatio Pij V.ſuper reformatione tribunalis Aud.Cam. 203

S

Societatis inſtrumenti formula. ca. xiij. 13
Societates ſuper officiis quando non ſubſtinebant. ex conſtitutione Pauli IIII. cap.xxj. 23
Suſceptio termini quomodo annotetur.cap.xxviij. 38
Specificatio certæ ſummæ in aliquibus caſibus non requiritur.cap.l. 70
Specificatio certæ ſummæ quādo fiat. cap.eod. ead.
Saluianum interdictum datur contra debitores,& tertios poſſeſſores. capit.ij.ex lib.2. 86
Sententiæ formula in hoc iudicio requiſita.ca.eod. 87
Sententia quomodo formetur in iudicio ordinario, quādo monitorium nō ſit negatum, & alio modo quando ſit negatum.cap.x. 104.& 105
Sequeſtra quę cautione gratia fiūt quo modo reuocentur.cap.xviij. 115
Sententia quę fertur pro ſolutione penſionis uirtute literarum apoſtolicarum.cap.j.ex lib.3. 128
Sententia quæ fertur pro penſione ui poſſeſsionis exigendi.ca.iij. 135
Sententia in iudicio ſpolij pro aſſecuratione penſionis.c.eod. 136
Sententia declaratoria cōtra intruſum cap.vj. 146
Sententia contra cap.& canonicos.ca. eodem ead.
Sequeſtrum poſt latam ſentētiam quo modo concedatur.cap.eod. 147
Sententia declaratoria datur pro incerta quantitate fructuum.cap.vj. 148
Sententia declaratoria non datur contra cap. & canonicos tanquam ſingulares perſonas,& quare.cap.eod. eadem.
Et quādo per nominationem intruſi capitulum non liberetur. cap. eod. eadem.
Sententias extra cu. latas Auditor Cameræ non exequitur niſi rigore cōmiſsionis.cap.viij. 153
Secus ſi debitor in curia reperiatur, & quomodo tunc procedatur.ca.eod. eadem.
Sequeſtrum extra curiam. 191

T

Tempus quod hodie conceditur ſumēti pecunias ad cambium. cap.xij. 12
Terminus ad ſoluendum cenſuræ antiquitus nuncupatus, & quomodo olim concedebatur.cap.xxviij. 36
Differentia inter terminos & cenſuras.cap.eod. ead.
Terminus quando debitoribus non negatur.cap.xxviij. 37
Terminus ſimpliciter ſuſcipitur.c.eod. 38
Termino deliberationis pendente etiā poſt datam cedulam maiores obla te res a Notario recipiuntur. ca.xlj. 56

Tertius poſſeſſor conuentus in iudicio Salniani interdicti tenetur acceptare ceſsionem,& quomodo.ex lib.2. cap.ij. 87
Termini ſeruandi in iudicio poſſeſſorio.cap.eod. ead.
Termini ſubſtantiales nõ ſeruantur in attemptatis.cap.vij. 97
Termini ſeruandi in cauſis ordinariis a 200.ſupra.cap.xij. 107
Hi termini ad unius inſtantiam ſeruati ſeruiunt alteri.cap.xij. 108
Idem euenit in citatione ad ſententiã cap.eod. eadem.
Terminorum ſubſtantialium dilatione durante ad ſententiam deueniri non poteſt.cap.eod. ead.
Termini qui ſeruantur in iudicio manutentionis.ex lib.3.cap.iij. 135
Termino remiſſoriæ pendente officiũ iudicis conquieſcit.cap.vj. 150
Termini qui ſeruãtur pro parte rei conuenti aduerſus exequutionem breuis.cap.eod. 151

V

Vetus formula ſubſcriptionis iudicis.cap.v. 6
Verbum canere quid importet,& quo modo in tribunalibus urbis intelligatur.cap.xviij. 115
Valor fructuum beneficii an ſit uerificandus in iudicio exequutiuo . ca.j. ex lib.3. 127
Verificãda quæ ſ[illegible] neceſſario pro obtinenda exequ[illegible]ne literarũ Apoſtolicarum.cap.[illegible] eadem.
Verificatio non eſt neceſſaria ſi penſio eſt reſeruata motu proprio . cap.iij. 137
Verificatio clauſulæ conſtito de qua in breui,quomodo fiat. cap. vj. 143. & 145.

F I N I S.

240109

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

25